



Staats- und
Universitätsbibliothek
Bremen

Staats- und Universitätsbibliothek Bremen

Digitale Sammlungen

Bibliotheca Historico-Philologico-Theologica Classis ...

Brauer, Hermann Brauer, Hermann

Bremen, 1721

urn:nbn:de:gbv:46:1-7369

BIBLIOTHECA

Historico - Philologico-

THEOLOGICA.

Classis Quartae

FASCICULUS SEXTUS.



BREMÆ,

Sumptibus JOHANNIS ANDREÆ GRIMMII.

Typis HERMANNI BRAUERI, MD CCXXI.

VIRO

*Reverendo plurimum,
& clarissimo*

HERMANNO

van de

WALL,

In florentissima terrarum
ecclesia, quae AMSTAE-
LODAMI Christo colli-
gitur, mysteriorum divi-
norum dispensatori fide-
lissimo, facundissi-
moque,

Viro, in quo solida rerum Theo-
logicarum scientia cum pietate
mascula stabili juncta est
connubio,

Quartum hunc supra vicesimum

HUJUS

BIBLIOTHECAE

FASCICULUM,

impensissimi studii neque
infucatae amicitiae moni-
mentum

offerunt, atque dedicant,

UTQVE PORRO ILLAM SIBI
velit esse de meliori nota com-
mendatam, & quam sæpissime, quam
plurimis politissimi ingenii, quo
eminet, partibus augeri
atque exornari,

cum optant, tum orant

EDITORES.

Coer-

Coercet hic fasciculus

- I. Hermanni REINERS de τοις ΤΕΛΕΙΟΙΣ ad varia N. T. loca illustranda dissert. p. 949.
- II. C. A. HEUMANNI ad 1. Joh. II. 27. de pansophia Christiana Comment. p. 991.
- III. Theodori HASAEI de *Baptizatis Christo indutis* ad Gal. III, 27. Exercit. p. 1007.
- IV. Jacobi HASAEI de THEOPHILO Lucæ Alexandrino, & testimonio, quod de illo habet Bar Bahlul, dissert. p. 1048.
- V. Nova-historico Theologico-literaria p. 1081.
- VI. Indicem quintuplicem
 - A. Auctorum & argumentorum *tertiæ* & *quartæ* clas̄is p. 1098.
 - B. Scriptorum veterum in *quatuor* to- mis hæctenus illustratorum p. 1109.
 - C. Vocum Ebraicarum p. 1114.
 - D. Locorum Scripturæ explicatorum p. 1117.
 - E. Vocum Græcarum, Latinarum, rerum & materiarum p. 1128.



I.

HERMANNI REINERS,
V. D. M.

Dissertatio de τῶς ΤΕΛΕΙΟΙΣ ad
locum I. Cor. II: 6. & per acces-
sionem ad loca Eph. IV, 13. 14.
Phil. III, 15. Col. I, 28. IV, 12.
Heb. V. 13. 14. VI. 1. Iac. I, 4.
III. 2. Matth. V, 48.

BREVIARIUM.

Τέλειον secundum Aristotelem tripliciter dicitur *quan-
titate, virtute, & consecutione finis.* Τέλειος significat
animal Staturæ adultæ, conjugatum, athletam ad-
ultæ ætatis §. I. initiatum sacris Eleusiniis, nam Gen-
tiles credebant communicationem mysteriorum per-
ficere eos qui initiabantur. Item victimam integram
ætate ac corpore, eximium, amplum, Athletam per-
fectum

Class. IV. Fasc. VI. P p p

fectum, integrum & sincerum, denique probum qui in virtute proficere stude. §. 2. τέλειος bene latine redditur perfectus. Vox hæc I. Cor. II, 6. non ad res sed ad personas referenda est §. 3. Credentes sunt τέλειος quia participes sunt perfectæ justitiæ Jesu Christi. §. 4. Item quia sunt adultæ ætatis & desponsati Christo §. 5. Inter ipsos adultos N. F. sunt gradus. Baptizati & S. Cœnæ participes dicti τέλειος apud patres §. 6. probabile est alludere Paulum ad I. Cor. II, 6. ad Gentilium initiatos & ἐπιπτας & simul ad philosophos loquentes dictos & Judæorum דַּוְרָא. probatur per τέλειος intelligi provectiores in fide & cognitione §. 7. & perfectos discipulos & auditores §. 8. Illustrantur loca Eph. IV, 15. Phil. III, 15. Heb. V, 13. 14. VI, 1. Luc. VI, 40. 2. Tim. III, 17. §. 9. Credentes spectantur etiam ut perfectæ victimæ. Illustrantur loca Col. I, 28. Jac. I, 4. Matth. XIX, 20. §. 10. ut eximii & perfecti Athletæ. Illustrantur loca Phil. III, 15. Col. IV, 12. Jac. I, 4. Judæi & Gentiles! Virtutis studiosos vocarunt perfectos Athletas §. 11. Credentes τέλειος sunt, quia sinceri sunt. Judæi & gentiles sinceritatem, hominis perfectionem dixerunt. Ad hanc pertinet firmum propositum omnia Dei mandata observandi, & executio istius propositi. Illustratur locus Iac. III, 2. §. 12. una virtus sine aliis esse non potest. Credentes tamquam τέλειος in omnibus Dei mandatis & juribus ambulant, præsertim imitatione Dei respectu caritatis, benignitatis & clementiæ. Illustrantur loca I. Job. II, 5. IV. 17. 18. Matth. V, 48. Gentiles clementiam vocarunt maximam perfectionem §. 13. plenissima caritas est in nemine. Locus I. Cor. XIII, 9. 12. illustratus. Consensus Judæorum & Gentilium. Orandus Deus ut ipse nobis perfectionem dare velit. §. 14.

§. I.

DE τοῖς τελείοις differtaturo initium mihi a multiplici notione τῆ τελειος faciendum arbitror, siquidem, ut vere σοφῶς Epictetus, ἀρχὴ παιδείσεως ἡ τῶν ὀνομάτων ἐπίσκεψις principium eruditionis est nominum trutinatio. I. τέλειον est a τέλειον, notatque perfectum cui nihil deest, ad finem perductum. Aristoteles Metaphys. L. V. C. 16. docet τέλειον tripliciter dici, primo quantitate cum nulla pars debitæ quantitatis deest. τέλειον λέγεται, ἐν μὲν, ἔμῃ ἐστὶν ἕξω πλαβεῖν μηδὲ ἐν μόριον. Perfectum dicitur uno quidem modo extra quod non est ullam accipere partem. Secundo virtute & excellentia cum a nullo res in suo genere superatur. καὶ τὸ κατ' ἀρετὴν καὶ τὸ εὖ, μὴ ἔχον ὑπερβολὴν πρὸς πῦρον, ὅιον τέλειον ἰατρὸς, καὶ τέλειον ἀυλητῆς, ὅταν κατὰ τὸ εἶδος τῆς οἰκείας ἀρετῆς μηδὲν ἐλείπωσιν. οὕτω δὲ μεταφέροντες καὶ ἐπὶ τῶν κακῶν λέγομεν αὐτὰς, συκοφαντὴν τέλειον, καὶ κλέπτην τέλειον. ἐπειδὴ περὶ καὶ ἀγαθῶν λέγομεν αὐτὰς, ὅιον κλέπτην ἀγαθόν, καὶ συκοφαντὴν ἀγαθόν. καὶ ἡ ἀρετὴ τελείωσις πῶς. ἕκαστον γὰρ τότε τέλειον, καὶ ἡ ἐστὶα πᾶσα τότε τέλειον ὅταν κατὰ τὸ εἶδος τῆς οἰκείας ἀρετῆς, μηδὲν ἐλείπει μόριον τῆ κατὰ φύσιν μεγέθους. Et quod secundum virtutem, quod est ejus quod bene, non habens excessum ad genus. Ut perfectus medicus, perfectus tibi- bicen, cum secundum propriam virtutis speciem in nullo deficient. Ita etiam in malis metaphoricè dici-

mus calumniatorem perfectum, & furem perfectum, quoniam etiam bonos eos appellamus: ut puta furem bonum & calumniatorem bonum. Virtus quoque quaedam perfectio est. Unumquodque namque tunc perfectum est, cunctaque substantia tunc perfecta cum secundum speciem proprie virtutis nulli desit particula magnitudinis naturalis. Tertio Consecutione finis, cum finem qui semper est optimum quid, obtinet. Ἐπι οἷς ὑπάρχει τὸ τέλος σπευδῶν ταῦτα λέγεται τέλεια, κατὰ γὰρ τὸ ἔχειν τέλος τέλεια. Item quibus finis studiosus est, ea perfecta dicuntur, etenim secundum quod habent finem, perfecta dicuntur. II. τέλει⊕ notat maxime animal stature adultæ, seu quæ & qualis in confirmata est ætate, uti observat Celeberrimus Perizonius in not. ad Ælianum p. 305. Sic τελειος usurpatur de adulto equo apud Ælianum L. VII c. 13. & τέλει⊕ ἰέραξ est justæ magnitudinis & integræ ætatis accipiter apud eundem L. II. c. 42. quomodo & τέλειαι γυναῖκες sunt adultæ fœminæ L. XIII. c. I. Hesychius τελείων ἦτοι τὴν ἡλικίαν ἢ ὀλοκληρῶν ἀσινῶν. & πλειῶσθαι dicebantur qui, ad virilem ætatem pervenerunt. Aristoteles de Rep. L. VIII. c. 5. p. m. 606. ἀπ' ἴσως ἂν δόξειεν ἢ τῶν παιδῶν σπευδῆ, παιδίας εἶναι χάριν ἀνδράσι γενομένοις καὶ πλειωθεῖσιν. Sed fortasse videatur alicui puerorum studium ludi causa esse comparatum, cum ad virilem ætatem pervenerunt, & adulti perfectique fuerint. Hinc τέλει⊕ est conjugatus & τέλει⊕ nuptiæ. Pollux. L. III. Segm. 38. καὶ τέλει⊕ ὁ γάμος ἐκαλεῖτο, καὶ τέλειοι

οι γεγαμηκότες, δια τῆτο καὶ Ἡρα τελεία, ἢ ζυγία. ταύτη γὰρ τοῖς προτελείοις προτέλεον τὰς κόρας, καὶ ἀρτέμιδι, καὶ μοίραϊς. Tum etiam matrimonium τέλειον appellabatur, & τέλειοι qui matrimonium ini-
erant. Unde etiam ipsa copulatio Ἡρα τελεία vo-
catur à Junone. Hanc enim in primis illis sacrificiis
virgines placabant Dianam quoque Ἑρπάρκας. Vi-
de insuper Hesychium, Budeum C. G. l. p. 335.
Spanhemium Obs. in hymn. in Jovem p. 24. & hymn.
in Apollinem p. 57. Apud LXX. τελείωσις u-
surpatur pro *תּוֹרְתָא* Sponsalia Jer. II, 2. Cæte-
rum τελείειν γάμον conficere nuptias legitur apud
Callimachum hymn. in Apollinem v. 14. quem ad-
modum τελείειν usurpatur pro *opus* Conjugii perfici-
cere apud Anacreontem od. 23. Unde etiam dii
qui præerant nuptiis τέλειοι dicti, sunt ut Ju-
piter ac Juno secundum Plutarchum, Pollucem, Sui-
dam Eustathium, alios. Videatur Excellentissi-
mus Briffonius de Rit. Nup. p. m. 44. 45. Quam-
quam etiam omnes majorum gentium dii τέ-
λειοι dicti sunt, & præcipue Jupiter quod solo
nutu omnia τελείειν credebatur, uti observatum
illustri Spanhemio hymn. in Jovem p. 24. & hymn.
in palladem p. 642. & doctissimo Elsnero in
Obs. Sacr: ad Matth. V. 48. τέλειοι etiam sunt
Athletæ adultæ ætatis, qui alia quam pueri
consequabantur præmia uti docet doctissimus
Lydius Agonist. Sacr. C. XXXV.

§. 2. III. τέλειον notat etiam *initiatum*.
Unde qui Eleusiniis Sacris initiabantur, dice-
bantur τελείσθαι, τελίσκεσθαι & τελειῶσθαι. Τελείειν
enim

enim idem quod *μυεῖν* initiare mysteriis, & ἀπ-
 τέλεσοι sunt sacris Cabirorum initiati apud
Clem. Alexandrinum protrept. p. 12. quomodo
 ἀτέλεσοι sunt οἱ ἀμύητοι non initiati apud *Calli-*
machum hymn. in Cerer. v. 129. & *Aristotelem L.*
 III. c. 150. & τελεταὶ sunt, omne genus sacra
 maxime solennia & festiva. *Hesychius* τελεταὶ
 ἑορταὶ θυσίαι μυθήρια. *Suidas* τελετὴ θυσία, μυση-
 εῳδης, ἡμεγίστη καὶ περιωτέρα, Verbum τελειό-
 ω apud LXX. Scriptores sacros, & Ecclesia-
 sticos significat etiam initiare, in sacrum ordi-
 nem cooptare *Exod.* XXIX. 9. 22. 26. 27. 29.
 31. 33. 34. 35. *Lev.* VII, 37. VIII, 22. 29. 31.
 33. Vide *Budeum C. G. l.* p. 325. Doctissimus
Clericus existimat τελειεῖν significare etiam apud
 Gentiles Sacris Eleusiniis initiare, ita enim scri-
 bit ad *Heb.* VII. 11. Ethnici putabant se a sacer-
 dotibus suis διὰ τῶν τελετῶν τελειωθῆναι, sacrificiis
 initiari, ac consecrari numini. Sed Vir Cele-
 berrimus idemque doctissimus *Taco Hajo van*
den Honert Academiae Lugdunae Batavae splen-
 didum decus in libro, cui titulus *Sacerdotium*
Christi secundum ordinem Melchizedeci p. 191. eru-
 dite & solide, ut solet, ostendit verbum
 τελειεῖν nunquam in Cereris mysteriis significa-
 re initiare, sed semper perficere, ut adeo ver-
 ba διὰ τῶν τελετῶν τελειωθῆναι verti debeant
 mysteriis perfici. Nimirum post κάθαρσιν &
 initiationem in minoribus mysteriis (ubi μύ-
 ραι arcana doctrinae fundamenta discebant &
 sese ad perceptionem majorum præpara-
 bant) post quinquennale interstitium, aut
 mi-

minimum post annum integrum (secundum doctissimum van Dale diff. de Gymnasiarch. C. II.) ad majora δευτέρῃ μνήσει recipiebantur & dicebantur ἐπόπται & ἔφοροι quod sacrorum secreta & ceremonias ἐποπτεύειν commissum illis fuerit. Clemens Alexandrinus Strom. L. V. p. m. 582. μετὰ ταῦτα δ' εἰς τὰ μικρὰ μυστήρια διδασκαλίᾳ πινὰ ὑπόθεσιν ἔχοντα, καὶ προπαρασκευῆς τῶν μελλόντων. Ταῦτα δὲ μεγάλα περὶ τῶν συμπάντων, ἃ μανθάνειν ἐπὶ ὑπολείπειται, ἐποπτεύειν δὲ, καὶ περινοεῖν τὴν φύσιν, καὶ τὰ πράγματα. Post hæc autem sunt parva mysteria, quæ habent aliquod fundamentum doctrinæ, & præparationis futurorum. In magnis autem de universis non restat amplius discere, sed contemplari & mente comprehendere, & naturam & res ipsas. Vide Meursium in Eleus. Sac. & Casaubonum in Athen. L. VI. C. 15. & ad Annal. Eccl. Bar. Exerc. XVI. Hanc vero communicationem mysteriorum putabant Gentiles perficere eos qui initiabantur. Maximus in Cap. I. Dionys. Areop. de cælesti Hierarch. c. 5. Τελετὴ λέγεται κατὰ τῶν ἐλλήνων φιλοσόφους, ἢ μετάδοσις τῶν μυστηρίων, ὡς τε τελειῶσαι τὸν μέμενον, καὶ τελειωπικῆ. Τυχῶς χάνουσα τῶν προσιόντων τοῖς ποιήτοις. τελετὴ dicitur secundum gentiles philosophos communicatio mysteriorum, tamquam perficiens eum, qui initiatur, & perfecta existens eorum qui ad talia accedunt. Credebant enim recta sibi a Deabus eleusiniis consilia immitti; se iis ad virtutem esse obstrictos, se inde cum lætitia vivendi rationem accipere, atque sic vitæ hujus felicitatem

possidere se optimam inde moriendi spem
 nancisei; cum post mortem a peccatis libera-
 ri atque absolvi debeant, se denique in infe-
 ris inter mortuos *πρσεδρίαν* habituros, immo
 apud Deos habituros in æternum, cum non
 initiati in cœno & luto sese volutaturi sint, ut
 ex variis auctoribus ostenderunt præstantissi-
 mi viri, *Meursius in Eleus. Sacr. C. II. IV. XVII.*
XVIII & Gothofredus exercit. ad 1. Tim. III, 16.
 IV. *τέλεια* usurpatur quoque de *victimis*
integræ ætate ac corpore. Hinc *τέλεια ἱερα* dice-
 bant eximia, vel sanctiora, vel iusta vel lar-
 giora & luculenta, secundum doct. *Budæum*
C. G. L. p. 326. aut per excellentiam *τέλεια ἱε-*
ρα dicta fuere sacra solenni ritu facta, vel po-
 tius, quibus nihil deesset uti observat Erudi-
 tissimus *Jenius in ferc. Liter. p. 27.* Unde apud
Demosthenem legitur *ὁμόσαι καὶ ἱεραὶν τελείων,*
jurare per sacrificia τέλεια, hoc est, ut exponitur
ὀλοκληρα κατὰ τὴν ἡλικίαν, καὶ μὴ λελωσμένα quæ
integræ essent ætate ac corpore, non decurtatis
membris. Apud *Homerum Iliad I.* mentio fit
αἰγων τελείων *caprarum perfectarum.* *Hesychius*
τεληέσσαι, ἐκατόμβαι τὰς ἐπιελεσικὰς τῶν γινομέ-
νων εὐχῶν θυσίας, ἢ τῶ ἀεθμῶ πλήρας. V. *τέλειον*
 (notante *Budæo C. H. L. p. 326,*) pro eximio &
 amplo ponitur. VI. *τέλειοι* etiam dicuntur
Athletæ, qui aut in pugilicertamine, aut ludia,
 aut utroque simul *τελείως* perfecte sese exercu-
 erant *Plato de Leg. L. VII. p. m. 630.* *Διαφέρει*
δὲ πᾶμπολυ, μαθῶν τε μὴ μαθόντων, καὶ ἐγυμνα-
σῆ-

οἰμεν ⲟⲩ τῶ μὴ γεγύμνασμένῃ, καθάπερ γὰρ ὁ τε-
 λέως παγκράτιον ἡσκηκῶς, ἢ πυγμῆν, ἢ πάλην ἐκ τῶν
 ἀεισερῶν ἀδύνατος ἐστὶ μάχεσθαι. χωλαίνει δὲ καὶ
 ἐφέλκεται πλημμελῶν, ὁ πόταν αὐτὸν τις μεταβιβά-
 ζων ἐπὶ θάτερα ἀναγκάζῃ διαπονεῖν. *Dffert autem
 multum qui didicit, ab eo qui non didicit: ⲟⲩ
 exercitatus ab eo qui minime exercitatus
 est. Nam quemadmodum qui aut in pugili
 certamine aut lucta, aut utroque simul perfecte se
 exercuit, potis est congregi a sinistris ⲟⲩ praeſto se ac-
 commodat, quando ad partem alteram transferre co-
 gitur. Id ipsum arbitror in armis ac ceteris rebus
 rectissimum esse. Quare oportet si duo quaedam quis
 possidet, quibus se defendat, ⲟⲩ alios cedat: ut ni-
 hil horum pro viribus otiosum inexercitatumque re-
 linquat. Vide Lydium Agonist. Sacr. C. XXXV.
 VII. τέλει ⲟⲩ est integer & sincerus, absque hy-
 pocrisi, innocens. Hinc apud Seniores poni-
 tur pro ⲟⲩⲱ 3. Reg. VIII, 62. XI, 4. 1. Par. XXVI,
 11. 29. ⲟⲩⲛ Gen. VI, 9. Exod. XII, 5. Deut.
 XVIII, 13. 2. Reg. XXII, 26. Cujus radicis pri-
 mam notionem esse simplicitatem oppositam
 duplicationi, ostendit Clar. Gouffetus, quæ vox
 alias ab iisdem vertitur ἀμωμ ⲟⲩ Ps. XV, 2. XVIII,
 24. LXIV, 5. & c. ἀκακ ⲟⲩ Job. VIII, 20. Ps. VII, 9.
 26. & ἀμεμπτος Gen. XVII, 1. Job. I, 1. & ⲟⲩ Cant.
 V, 3. VI, 8. quod alias redditur ἀπλασος sine
 furo aut simulatione ⲟⲩⲛⲛ 2. Reg. XXII, 26. ver-
 tunt τέλει ⲟⲩ εἰμι, perfectus sum & ⲛⲛⲛ Prov. II,
 3. Τελειότης. IX. Homo τέλει ⲟⲩ est probus, bo-
 nus, qui in virtute proficere studet. Stobæus
 τὸν ἀγαθὸν ἀνδρα λέγειον εἶναι λέγει, διὰ τὸ μηδε-
 μίας*

μίας ἀπολείπεσθαι ἀρετῆς virum bonum perfectum esse dicunt, ideo quod nulla virtute caret. Epictetus Enchirid. c. 75. ἤδη οὖν ἀζήωσον σεαυτὸν βίην ὡς τέλειον καὶ προκόπλοντα. Nunc igitur viri perfecti & proficientis vitam tibi sume. Ad quæ ita Simplicius p. 324. εἰχὼς τέλει; ἀπειληφότα. ἐκεῖν; γὰρ εἰ δέϊται ἰετῶν ἰῶν λόγων. ἀλλ' ὡς κατὰ τὸ προκόπτειν τέλειον, τῷ αἰεὶ προκόπτειν καὶ μὴ διακόπτειν τὴν προκοπὴν. Non quod perfectionem sis affecutus (id enim sermones huiusmodi non desiderant) sed quasi ratione progressuum perfectus, qui nunquam progredi desistas, nunquam cesses aut remollescas. Τέλει; ad summam quoque animi sanctitatem significandam pertinere, probavit ex Plutarcho Clar. Jensus in ferc. Liter. p. 28.

§. 3. Atque ita τῆς τέλει; vim! & uberem notionem distincte satis explicasse me existimo. Celeberrimus Heinsius in Exercit. Sacr. ad Matth. V. scribit sibi non satisfacere eos qui in his similibusque locis perfectionis voce aut perfectorum usi sunt. Huiusmodi interpretationes & voces Catharos aliosque id genus omnes quos puritatis demum afflavit opinio, primo peperisse & confirmasse, sed recte omnino iudicat magnus Salmasius L. II. de scæn. Trapezit. Catharos & Novatianos τελεί; vocem non intulisse in novum testamentum, & ubicunq; τέλει; in græcis reperiatur, ibi comparere posse & perfectum latinorum. Antequam vero ostendamus quo sensu fideles N. T. in sub.

subjectis locis τέλει dicantur, supponimus vo-
 cem τέλει in primo loco non ad res sed ad
 personas referendam esse, nam Apostolus σοφί-
 αν non conjungit cum τελείοις, sed cum λαλῶ-
 μεν, & Apostoli scopus in hoc versu non vi-
 detur esse sapientiam Evangelii describere ab
 aliqua conditione, hoc enim facit, v. 7. sed
 ostendere quibus sapiat quam prædicabat sa-
 pientia. Sunt tamen eruditissimi quidam vi-
 ri ut *Bullingerus, Knathbul & Hombergius*, qui il-
 lud ἐν τοῖς τελείοις in genere neutro accipiunt,
 ut σοφία ἐν τελείοις sit perfecta illa, sacra & divi-
 na sapientia, quoniam I. Corinthii non erant
 τέλει sed νῆπιοι & σαρκικοί I. Cor. III. 1. XIII.
 II. 14. 20. neque Paulum ad alios adultos re-
 spicere. II. quia opponitur τῇ ἀνθρώπινῃ vs. 4.
 III. Quia phrasis parallela σοφία ἐν μυστηρίῳ,
 est Paulo ipso explicante, abscondita. Sed
 hisce rationibus manum dare non possum. Ad
 primam enim respondeo cum *Augustino Epist.*
59. ad Paulinum Tom. 2. Col. 301. Scripturæ mos est
ita loqui de parte, tanquam de toto. Sicut Co-
rinthios in primis suæ Epistolæ partibus ita laudat,
tamquam omnes tales sint, cum essent laudabiles qui-
dam eorum: & postea in nonnullis Epistolæ ipsius
locis ita reprehendit, tamquam omnes culpabiles
essent, propter quosdam qui tales erant. Istam di-
vinam scripturarum consuetudinem per omne cor-
pus literarum ejus creberrime sparsam, quisquis di-
ligenter advertit, multa dissolvit quæ inter se vi-
dentur esse contraria. Sic cum Apostolus Heb.
V. scri-

V. scribit Hebræos opus habere lacte, non solido cibo, non loquitur de tota Hebræorum Ecclesia, sed de magna parte, nam iis postea *Cap. VII.* solidum cibum tradit, immo & ardua mysteria proposuerat hactenus. Ad secundam facilis etiam est responsio, nam σοφία hic directe non opponitur ἀνθρωπίνη, hoc enim fit vs. 7. ἀλλὰ λαλῶμεν σοφίαν θεῶν. Sed τέλειοι perfecti aut perfectiores opponuntur imperfectis aut imperfectioribus. Quocirca ἐν τελείοις pro adjectivo non potest capi, quamquam alias Hebræi substantivum cum præpositione pro adjectivo frequenter usurpare soleant.

§. 4. Videamus jam qua ratione credentes titulo τῶν τελείων ornentur. Et primo quidem τέλειοι sunt omnes & singuli credentes sub N. T. quia participes sunt perfectæ justitiæ Jesu Christi, in qua nulla pars debitæ quantitatis deest quæ a nulla in suo genere superatur, & quæ finem optimum obtinet. Christus enim non tantum dicere poterat ἐμὸν βρῶμα ἔστιν ἵνα ποιῶ τὸ θέλημα τῆς πέμψαντός με, καὶ τελειώσω αὐτὸ τὸ ἔργον *Joh. IV. 34. V. 36.* & τῆς τελείᾳς τελειῶμαι *Luc. XIII. 32.* sed & τὸ ἔργον ἐτελείωσα ὃ δέδωκας μοι ἵνα ποιήσω *Joh. XVII. 4.* & τετέλεσθαι *Joh. XIX. 30.* qui proinde ut ἀρχηγὸς τῆς σωτηρίας διὰ παθημάτων τελειωθείς *Hebr. II. 10.* & τελειωθείς ἐγένετο τοῖς ὑπακούουσιν αὐτῷ πάντων αἰώνων σωτηρίας αἰώνιας *Hebr. V. 9.* Et in illo habent credentes eam τελείωσιν quæ non erat διὰ τῆς

λειψάνης ἱερωσύνης *Heb. VII. 11. Lex enim ἔδεν ἐτε-*
λείωσε vs. 19. quæ non poterat κατὰ συνείδησιν τε-
λείωσαι τὸν λατρεύοντα Hebr. IX. 9. aut τὰς προ-
σερχομένους πλειῶσει, sed Christus μιᾷ προσφορᾷ
τετελείωκεν εἰς τὸ διηνεκές τὰς ἀγιασμένους Hebr. X.
14. quare lex in illo nacta est τέλος Rom. X. 4.
 Hinc etiam credentes dicuntur venisse ad
 πνεύματα δικαίων τετελειωμένων *Hebr. XII. 23. quam*
 phrasin non de hominibus justis in terra de-
 gentibus, sed de fidelibus post hanc vitam
 si perstitibus intelligendam esse erudite docet
 doctissimus *Th. Haseus diss. ad Luc. XV. §. 10. in Bi-*
bl. Brem. Class. I. fasc. II. hinc possunt τελείως ἐλπίζειν
ἐπὶ τὴν φερομένην χάριν ἐν ἀποκαλύψει Ἰησοῦ χριστοῦ,
1. Pet. I. 13. Unde πᾶς ἄνθρωπος est τελείως ἐν
χριστῷ Ἰησοῦ Col. I. 28. ubi tamen Clemens Alexandri-
nus Strom. L. V. p. m. 577. per πάντα ἄνθρωπον
 intelligit non omnem sed totum hominem πάντος
 ἀπλῶς ἄνθρωπον. ἐπεὶ ἔδεις ἄν ἦν ἄπιστος ἔδὲ μὲν
 πάντως τὸν πιστεύοντα τέλειον ἐν χριστῷ ἀλλὰ πάντα
 ἄνθρωπον λέγει, ὡς εἰπεῖν ὅλον τὸν ἄνθρωπον, ὅιον
 σῶμα καὶ ψυχὴ ἡγνισμένον. Non omnem homi-
 num absolute, quoniam nullus esset infidelis: sed
 nec omnem qui credit perfectum in Christo: sed o-
 mnem dicit hominem perinde ac si diceret, totum
 hominem, utpote sanctificatum corpore & anima.
 Et quod non sit omnium cognitio probat ex
Colos. II. 23. Col. IV. 3. 4. Heb. V. 11. 12. 13. præ-
 stat tamen per πάντα ἄνθρωπον omnis generis
 credentem intelligere, qui omnino in Chri-
 sto perfectus est quatenus justitiæ ejus per-
 fectis.

fectissimæ aliorumque donorum spiritualium vere particeps est. Hinc Paulus Col. II. 10. Καὶ ἐσε ἐν αὐτῷ πεπληρωμένοι, ὅς ἐστὶν ἡ κεφαλὴ πᾶσης ἀρχῆς καὶ ἐξουσίας, quare etiam omnes credentes, in Christo sunt τετελειωμένοι Joh. XVII: 23.

§. 5. Hujus τελειώσεως ratione omnes credentes sunt quoque *Statura adultæ* in confirmata ætate, opposite ad statum infantilem patriarcharum sub promissione, & statum puerilem Ecclesiæ Judaicæ sub lege Gal. IV. quando in servitute elementorum mundierat exprobratio pueritiæ, cum tota esset pædagogica quæ minutilis præceptis ac dogmatibus constabat, qualia præscribuntur puerulis. Huc trahit Alexandrinus Clemens pædag. L. I. p. 97. verba Pauli 1 Cor. XIII. 11. χάριν τοῦτον οὕτως ἐξηγήσασται τὸ, ὅτε ἡμην νήπιος, τετέστιν, ὅτε ἡμην Ἰσραῆλιος. Ἐβραῖος γὰρ ἀνώθεν ἦν, ὡς νήπιος ἐφρόνεν, ἐπειδὴ ἐπιόμην τῷ νόμῳ, ἐπειδὴ γέγονε ἀνὴρ, ἔκ ἐτι τὰ τῶ νηπίς τετέστι τὰ τῶ νόμῳ ἀπὸ τὰ τῶ ἀνδρὸς φρονῶ, τετέστιν τὰ τῶ χριστῶ. Ὁν μόνον ἀνδρῶς ἢ γραφῆς, καθὴς προειρήκαμεν, καλεῖ. Κατήργηκα τὰ τῶ νηπίς· ἢ δὲ ἐν χριστῶ νηπιότης, τελείωσις ἐστὶν ὡς πρὸς τὸν νόμον ἐν ταῦθα γενομένοις τῇ νηπιότητι ἡμῶν συνηγορητέον. Eleganter ergo exponi potest illud, quando eram infans: hoc est quando eram Judæus (erat enim a prima sua origine Hebræus.) Cogitabam ut infans, quoniam sequebar legem: postquam autem factus sum vir, non amplius quæ sunt infantis, hoc est quæ sunt legis, sed quæ sunt viri cogito, hoc est quæ

que sunt Christi; quem solum virum scriptura vo-
 cat, ut ante diximus: Cessare feci que sunt infantis.
 Que est autem in Christo infantia, est perfectio si cum
 lege conferatur. Quicquid sit de isthac Clemen-
 tis sententia, certum est quod patres V. T.
 ἔκ ἐκομίσαντο τὴν ἐπαγγελίαν, τῷ Θεῷ περὶ ἡμῶν
 κρείττον τι προβλεψαμένους, ἵνα μὴ χωρὶς ἡμῶν τελειω-
 θῶσι Hebr. XI. 39. 40. Ubi χωρὶς ἡμῶν idem esse
 mihi videtur quod χωρισθέντες ἀπ' ἡμῶν, quo
 sensu χωρὶς sumitur Joh. XV. 5. χωρὶς ἐμῶν ἐδύ-
 νασθε ποιεῖν ἕδεν. hoc est χωρισθέντες ἀπ' ἐμῶν. &
 Eph. II. 12. χωρὶς χριστοῦ est χωρισθέντες ἀπὸ τοῦ χρι-
 στοῦ. Placuit enim Deo demum εἰς οἰκονομίαν
 τοῦ πληρώματος τῶν καιρῶν ἀνοκεφαλαιώσασθαι τὰ
 πάντα ἐν τῷ χριστῷ, τὰ τε ἐν τοῖς ἔρανοις, καὶ τὰ ἐπὶ
 τῆς γῆς Eph. I. 10. Atque ita omnes Christiani
 sunt τέλειοι ὀρροσίτε ad τὰς προηλεκτικότητας & νη-
 πίας V. T. quare Chrysostomus ad 1 Cor. II. 6.
 τελείους δὲ τὰς ἀπεισιευκότητας, καὶ γὰρ ἐκεῖνοι τέλειοι,
 οἱ τὰ ἀνθρώπινα εἰδότες ὅτι σφόδρα ἀσθενῆ, καὶ ὑπε-
 ριδόντες αὐτῶν, ὅτι μηδὲν αὐτοῖς συμβαίηται, πεπε-
 πεισμένοι, οἱοὶ γεγονάσιν οἱ πιστοί. Perfectos autem eos
 dicit, qui crediderunt. Illi enim sunt perfecti, qui cum
 norint res humanas esse valde imbecilles, & eas de-
 spexerint persuasum habent eas nihil conferre, cujus-
 modi sunt fideles, & Hieronymus. Ne putetis & nos
 sapientiam non habere, habemus divinam, sed vos
 jam tunc capere minime poteratis, que jam credenti-
 bus aperitur. Hinc Apostolus vocaverat Co-
 rinthios πισεύοντας Cap. I. 21. & κλητῶν v. 24. Et
 Clemens Alexandrinus pedag. L. I. p. m. 108. ad Phil.
 III. 15.

III. 15. hæc habet. Τελείωσιν δηλονότι λέγων τὸ ἀπολετάχθαι ταῖς ἀμαρτίαις, καὶ εἰς πίσιν τῆ μόνῃ τελείῃ ἀναγεγεννησθαι, ἐκλαθομένους τῶν κατόπισθεν ἀμαρτιῶν. Perfectionem scilicet dicens, renunciassè peccatis, & in fidem ejus, qui est perfectus, esse regeneratos, posteriorum peccatorum oblitos. Et hi desponsati quoque sunt uni viro Christo 2 Cor. XI. 2. νύμφη τῆ ἀρνίῃ & ἡ γυνὴ Ἀποκ. XXI. 9. Ut & adultæ ætatis athletæ, de quibus in sequentibus.

§. 6. Sed & inter ipsos adultos sub N. T. comparate ad νηπίους V. T. sunt alii incipientes, alii proficientes, alii perfecti. Stoici in sapientiæ studio alios esse προκόπωντας alios τελείους tradunt qui jam inciperent & adlubescerent, quique sapientiæ se darent, hos studiosos & studere dicebant, qui autem pervenissent doctos & eruditos, πεπαιδευμένους, seu παιδευθέντας. vide Lipsium manud. ad Stoic. Phil. L. II. X. verum autem sapientem vocant τέλειον, consummatæ sapientiæ virum, quem rarum esse inventu, immo nec inventum unquam ad eam quam exigunt normam, fatentur. Vide Lipsium L. II. C. VIII. C. I. & IX. Pythagoras habebat discipulos ἐσωτερικὰς qui intra sindonem, & ἐξωτερικὰς qui extra illum eum audiebant, uti refert Jamblichus de vit. Pyth. p. m. 72. & sequ. vide etiam Clar. Schefferum de Phil. Ital. C. XI. p. 105. Eruditissimus Majus obs. Sacr. L. IV. p. 17. observat velamine interposito sermonem habere cum aliquo ejus esse, qui erudiat

diat discipulos cum doctores tum rerum dicendarum lumen non sustinentes. Et secundum aliam philosophandi formam, dicebantur Pythagoræ auditores, ἀκροματικοί, quibus tradebat auditiones demonstratione aut ratione destitutas, quibus indicabant quid res sit quid sit maxime, quid faciendum sit, quid non, & μαθηματικοί qui non tantum τὸ ὄν præceptorum, sed etiam τὸ ἰόν cognita habuerunt, de quibus *Jamblichus de vit. Pyth. p. 82.* & *Porphyrus de vit. Pyth. p. 37.* & *Rittershusius not. in Porphyrium p. 52.* Judæi distinguebant quoque inter צדיקים (a) & צדיקים נמורים, per illos intelligebant, qui diu quidem, non ita ut eos decuerat, vixerant, at sero tandem per pœnitentiam ad meliorem frugem redierant, hos autem quos putabant a justitiæ semita deflexisse, sed ei constanter atque sedulo operam dedisse. Vide *Ligtfootum Hor. Hebr. in Luc. XV. 7.* Sic Rabbi Josua Ben Levi dicitur צדיק נמור perfecte justus in libro כלל fol. 136. ut taceam צדיקים qui omnibus scripturæ mandatis se subiciebant, & חסידים qui plusquam scriptura exigeret præstabant. In Christianismo sunt etiam gradus cognitionis, fidei & Sanctitatis ut μικροί *Matth. X, 41.* *Marc. IX, 42.* *Luc. XVII, 2.* ἐλάχιστοι *Matth. XXV, 40.*
 Class. IV. Fasc. VI. Q99 45.

(a) De Δικαιοῖς πετελειωμένοις sive צדיקים נמורים Judæorum, vide sis, quae a nobis disputata sunt Cl. I, fasc. II, s. 4. s. 10-19. T. d. H.

45. νήπιοι I. Cor. III, 1. τεκνία & παῖδια I. Joh. II, 12. 13. νεανίσκοι I. Joh. II, 13. & πατέρες V. 13. 14. de variis hisce gradibus videatur *Celeberrimus Vitringa typ. Theol. Pract. C. VIII. Clemens Alexandrinus* etiam tres ponit gradus. In primo illi est ὁ ἐξ ἐθνῶν ἐπιστρέφων qui ex gentibus convertitur, in secundo ὁ εἰς γνῶσιν ἀναβαίνων qui ad scientiam ascendit, in tertio ὁ κορυφαῖος, aut γνωσικὸς summam obtinens scientiæ gradum. Origenes memorat quoque τὰς ἀπλήρεις, ἴδ' ἐπὶ πόσον ἀναβέβηκός τις, ἴδ' τελείος. *Simpliciores, aliquo usque proventus perfectos.* Nimirum in primitiva Ecclesia qui paganismum deserebant primo fiebant catechumeni, deinde competentes, postremo fideles & Christiani, & primo quidem per baptismum qui hinc apud Græcos patres dicitur τελείωσις & τέλειον, & apud eos τελειῶσθαι est baptizari, τελειῶθης qui baptismum confert, & τελειθέντες baptizati, & μεμνημένοι hoc est initiati, Hinc illa usitatissima formula in mentione Sacramentorum ἴσασιν οἱ μεμνημένοι, norunt initiati quod dicitur, quæ formula in unius Chrysothomi homiliis aut aliis scriptis minimum quinquaginta locis observari potest, ut notatum *Clar. Casaubono Exercit. XVI. ad Annal. Bar. & ἀτέλειοι* sunt non baptizati. Latini quoque patres, dicebant *baptismi gratia perfici*, qui baptizabantur. Nimirum sicut sacerdotes Levitici per sacrificia impletionum sacerdotio initiabantur sic Christiani in baptismo per Christi mortem tamquam

quam impletionis sacrificium sacerdotio in-
 tiantur spirituali *Heb. X, 14. 1. Petr. II, 9. Apoc.*
I, 6. Sed quam hujus denominationis ratio-
 nem dederint Patres, vide sis apud *Doct. Suice-*
rum in Obs. Sacr. de baptisimi nominibus §. X. &
Binghamum Ant. Eccles. C. IV. §. 2. Adde bapti-
 zatos dictos etiam *μύσαις & μυσαιγωγῆταις* ab *Isido-*
ro & Hesychio opposite ad catechumenos qui
 dicebantur *ἀμύσοι, ἀμύητοι, ἀμυσαιγώγητοι.* Sed
 & baptizati vocati sunt *πιστοί*, quare a *Chryso-*
tomo oratio Dominica vocatur *εὐχὴ τῶν πιστῶν*,
 unde illæ locutiones in conciliorum canoni-
 bus *συνίστασθαι τοῖς πιστοῖς cum fidelibus consistere,*
συνεύχεσθαι τοῖς πιστοῖς vel μετὰ τῶν πιστῶν cum fide-
libus orare. Nam oratio dominica a Catechu-
 menis nondum baptizatis non recitabatur.
 Consulatur *Suicerus obs. Sacr. C. VI. de precant.*
Gest. p. 159. 160. Sed & magis *τελειῶσθαι*
 Christianos credebant patres per participati-
 onem S. Cœnæ, nam conjunctioni nostræ cum
 Christo, cujus instrumenta sunt verbum Dei
 & Sacramenta, veluti colophonem imponit
 participatio corporis & sanguinis Christi in
 cœna dominica: nullus enim restat alius
 modus quo in terris versantes arctius cum
 Christo capite nostro jungamur, ut bene
Casaubonus ad Ann. Bar. Eccles. exerc. 48. Hinc a-
 pud Patres dicitur etiam *τέλειον*, quare in cano-
 nibus Ancyрани legas *εἰσελθεῖν ἐπὶ τὸ τέλειον, τε-*
λείως δέχεσθαι, μετέχειν τῶ τέλει, λαμβάνειν τὸ τέ-
λειον. Vide *Casaubonum ad Annal. Bar. Eccles.*

exercit, 48. & τελετή, τελετῶν τελετή ἱεραὶ τελετή, ἀπόρητος τελετή φρακωδεσάτη τελετή, nec non τειοτάτη καὶ ἱεραὶ τελετή. apud Dionysium Areopagitam, nisi cum doctissimo Viro Edmundo Albertino de *Sacr. Euchar. L. II. p. 271.* statuamus Dionysium vocabulum τελετή abstracte sumere, ac per illud Christum, non Symbola Christum significantia intelligere, adeoque hæc verba, ὡς θειωτάτη καὶ ἱεραὶ τελετή sic esse vertenda, o divinissima & sacra perfectio, eadem ratione qua eundem Christum in hoc libro τελείωσιν appellat. Notari etiam meretur Dionysium participationem cœnæ vocare sæpe ἐπιψίαν & ἐπιψίας ἐστίασιν perfecta contemplationis epulas. Pachymeres ad caput III. Τῶτο ἐστὶ τὸ τέλειον ἐν πάσῃ ἐπισημῇ τὸ ἐπόπταις καὶ μετοχῶσ τῶν θεωρημάτων γίνεσθαι, καὶ μὴ κατὰ τὴν εἰρηλίπειν. &c. Hæc est perfectio in omni scientia, evadere eproptas, & participes contemplationum, neque ulla in re imperfectum esse. Quare Clar. Casaubonus Exercit. XVI. ad An. Eccles. Bar. recte observat eproptam esse valere: cognitione rerum divinarum & sacramentorum perceptione esse perfectum. Alias omnes credentes sub N. T. ἐπόπταις facti sunt mysterii quod ὁμολογούμενος μέγα est I. Tim. III, 16. siquidem hoc illis ἐγνωρίσθη, ἀπεκαλύφθη, ἐφανερώθη Eph. III, 5. Col. I, 26. & certiora habent fidei capita quam initiati in Sacris olim Eleusiniis.

§. 7. Admodum probabile mihi videtur ad Gentilium initiatos & ἐπόπταις magno-
rum

rum mysteriorum alludere Paulum, respicit enim ad gentilium mysteria v. 7. ἀλλὰ λαλῶμεν σοφίαν θεῶν ἐν μυστηρίῳ, τὴν ἀποκεκρυμμένην. & v. 10. loquitur de ἀποκαλύψει istius sapientiae, ἀποκαλύπτομαι vero apud Gentiles etiam de divina revelatione dicitur, apud *Jamblichum de Myster. sect. II. C. X. p. 54.* Sed & simul alludere potuit Apostolus ad philosophos quosdam qui dicebantur מרברים loquentes, qui convenire videntur cum dialecticis cum quibus Auctor *Cosri* comparat ממת τὸν τέλειον perfectum, uti observat *Celeb. Vitringa L. III. obs. Sacr. p. m. 313. 314.* qui existimat quoque hanc philosophorum sectam forte sequutum esse Apollo, & alios quosdam doctores Corinthios illum præferentes magistrum, quos Paulus in Epistola sua carpit. Quin & forsan Apostolus oculos intentos habebat ad Judæorum נמורים, uti existimat. *Doct. Camero prælect. de Ecclesia p. 238.* Sic illud נמור quod de *Esdra* dicitur *Cap. VII, 12.* reddit *Vatablus* perfecto Perfectissimo hoc est doctissimo & omnibus numeris absoluto. Quicquid sit per τελείως *1. Cor. II, 6.* intelligi perfectiores & proveciores in cognitione, mysteriorum divinorum & fide, clarissimum mihi videtur. Nam *1. Apostolus* hosce τελείως opponit σερκικοῖς & νηπίοις in Christo *1. Cor. III, 1.* Qui imperfectiores sunt Christiani opposite ad πνευματικῶς. νήπιοι sunt parvuli, qui institui & roborari adhuc debent, & metaphorice homines indo-

ſi quos *Arnobius* L. I. p. 21. vocat *parvulos*,
 quos *Augustinus* Tom. X. *ſerm.* IX. de verbis Domi-
 ni interpretatur *inſipientes*, *imprudentes*. *Cicero*
 L. I. *pro Cluent.* oratorem plane jejunum vocat
infauſtiſſimum. II. Accedit quod *Apoſtolus*
 de talibus loquatur *τελειοις* qui ſapientiam E-
 vangelicam quam prædicabat, quamque alii
 ſpreverant, pro ſumma ſapientia agnoſce-
 bant, quod adultorum & perfectorum eſt.
 Ita magnus ille Religionis Chriſtianæ reſti-
 tutor *Calvinus* in h. l. *Taxat autem obiter eos qui-
 bus non ſapiebat ſua prædicatio*, & id fieri eorum
vitio ſignificat, ac ſi diceret, ſi quibus non placet mea
doctrina illi hoc iudicio jam ſatis produnt, ſe de-
pravatos eſſe, & vitiato ſenſu, quia inter homines
ſincere mentis & recti iudicii pro ſumma ſapientia
ſemper agnoſcetur, quamquam autem expoſita o-
mnibus fuit Pauli prædicatio, non tamen ſuo pretio
ſemper æſtimata fuit. Atque hæc ratio eſt cur ſa-
nos & integros iudices appellet, qui doctrinam que
mundo inſipida erat, veram ſapientiam pronunti-
 ent. Et doctiſſimus *Beza*, *Adultis demum ſapit*
quod annuntiamus, quod ii ſoli poſſint hoc ſapientiæ
genus agnoſcere, quod habent ceteri pro ſtultitia.
 Hinc provectiores hic intelligit *Augustinus* cont.
Pelag. L. II. Tom. 7. f. 244. *Eis quippe & illud*
ait ſapientiam loquimur inter perfectos utique per-
fectiores auditores volens intelligi. Et, ne alios
 jam advocem, *ὀμολογῶν* habeo Clariffimi no-
 minis interpretem *Johannem Coccejum*. Sed
 nos, inquit, bene poſſumus intelligere provectiores
 qui

qui postquam crediderunt Deo, ἔειπεν ἑαυτὸν ἐπιγνώσασθαι τὴν κατ' εἰκόνα Ἰησοῦ κτίσαν-
 τος τὸν καινὸν ἄνθρωπον profecerunt. Qui ἔειπεν com-
 parate πνευματικοὶ vocantur.

§. 8. Ergo τέλειοι sunt apud Paulum 1. Cor.
 II, 6. qui in cognitione sapientiae Dei mysti-
 cae prae aliis sunt perfecti discipuli & audito-
 res, qui πελειωτέρον τῆς γνώσεως Ἰησοῦ ἐκλαμψιν
 perfectiorem scientiae lucem, nacti, ut cum Justino
 martyre loquar, quomodo Graeci etiam disci-
 pulos eruditione τελειωθῆναι dicunt. Strabo L.
 XIV. p. 673. testatur quod apud Tarsenses
 ἐπιχώριοι ἔμεινον αὐτοῦ, ἀλλὰ καὶ τελειῶνται
 ἐκδημήσαντες, καὶ τελειωθέντες, ξενιτεύουσιν ἡδέως.
 Domi non desident, sed ut perfectionem consequan-
 tum peregre abeunt. Perfectique libenter in alienis
 versantur locis. τελῶ etiam notat doctrina per-
 ficere, quare praestantissimi viri Heinsius & Hom-
 bergius τελῆν τὰς πόλεις Matth. X. 23. vertunt
 doctrina perficere. Extat quoque Philonis Ju-
 daei βίβλος σοφῶν Ἰησοῦ κατὰ διδασκαλίαν τελειωθέντων
 vita sapientis per doctrinam perfecti. p. 349. Hinc
 Paulus de quibusdam τελείοις inter Corinthios
 Cap. I, 5. ὅτι ἐν παντί ἐπληρώθητε, ἐν παντί λόγῳ
 καὶ πάσῃ γνώσει. Clemens Epist. I. c. I. τίς γὰρ παρε-
 πιδημήσας πρὸς ὑμᾶς, τὴν πανάρετον καὶ βεβαίαν
 ὑμῶν πίσιν ἐκ ἐδοκίμασεν; τὴν τε σώφρονα καὶ
 ἐπεικῆ ἐν χειρῶν ἐνσεβειαν ἐκ ἐθαύμασεν, καὶ τὸ
 μεγαλοπρεπὲς τῆς φιλοξενίας ὑμῶν ἤθελεν ἐκ ἐκήρυ-
 ξεν, καὶ τὴν τέλειαν καὶ ἀσφαλῆ γνώσιν ἐκ ἐμακά-
 ρισεν. Quis enim apud vos diversatus, virtutis omni

plenam firmamque fidem vestram non probavit? Modestam ac decentem in Christo pietatem non est admiratus? Magnificentiam liberalitatis vestrae non praedicavit? perfectam stabilemque cognitionem non iudicavit beatam. Sunt πνευματικοί, qui non minus iudicio quam ingenio valebant (secus ακινδυνεύει η τῶν ἀνθρώπων ψυχή δι' εὐπρίαν τῆ φρονην, τῆ κρίνειν ἀπαρεν, plerumque evenit homini, ut quo foecundiore sit ingenio, eo minus valeat iudicio, ut Maximus Tyrius loquitur Dissert. XXXIV.) qui proinde πνευματικοῖς πνεύματικὰ noverant συγκρίνειν, immo πάντα ἀνακρίνειν, nexum ordinemque mysticæ Dei sapientiæ probe perspicientes. Quod Karæi sanitatem dicerent. Sanitas est, ajunt, quando rerum existentiam, ordinemque recte apprehendit. Vide Celeb. Triglandium Diatr. de Sect. Kar. p. 157. Atque ita considerantur illi tanquam discipuli interioris admissionis, qui Christum summum sapientiæ doctorem detecto velamine accurate contemplantur ἀνακεκαλυμμένῳ προσώπῳ τὴν δόξαν κυρίου καταπτελζόμενοι 2. Cor. III, 18. quique sanctæ θεοπρωσίη per fidem vivam operam dant. Sicuti Gentiles credebant spirituales animæ partem per consecrationes theurgicas aptam fieri ad videndum Deum quare animam vocabant θεοπλικήν. Vide Jamblichum de myst. p. 23. & notas doctissimi Gale. Unde etiam Julianus Imperator à Deum matre ἐν θεουργία τελειότητα, seu in Arcanis illis & effectricibus ceremoniis perfectionem, submitte flagitabat. Orat V. p. 172.

§. IX. Ad hunc *πελειότιπος* modum referri etiam debet *Eph. IV. 13. μέχρι κατακτήσωμεν οἱ πάντες εἰς ἐνότητα τῆς πίστεως, καὶ τῆς ἐπιγνώσεως, εἰς ἄνδρα τέλειον, εἰς μέτρον ἡλικίας τῆς πληρώματός τῆς χειρῶς*, ubi *ἀνὴρ τέλειος* opponitur *ἡπίω V. 14.* *Clar. Raphelius* observat appellationem hanc transferri ad animi habitum atque cognitionem ejusq; perfectionem tantam, quanta quidem in hac vita cadit. Et *νήπιον* infantem dici cui hæc omnia desunt. Ad illustrationem istius loci non parum facere mihi videtur quod *Karæi Israëlitam perfectum & virum* vocant, qui decem articulis fidem habeat. *Karæorum* verba profert *Clar. Triglandius Diatr. de Sect. Kar. p. m. 175. 176. opera pretium est advertere ut eum agnoscas, quod unusquisque qui est ex semine Israel, & non credit hisce decem articulis, vel uno excepto, non est in censu Israëlis, neque convenit ipsum amare, aut fratris nomine compellare; etiamsi omnia ceteroquin mandata observaverit, neque inter eos erit, qui in hortum Eden intrabunt, sed vocandus est Epicureus. At vero si quis habeat iis fidem & agnoverit argumentis & demonstrationibus, juxta ea quæ nos ordine proposuimus, iste est Israëlitita perfectus, licet haud ex semine Israëlitico sit oriundus, decens est, illum amare tamquam fratrem Israëlis filium, etsi transgrediatur aliqua ex parte legis mandata, violentia suæ cupiditatis victus, & non ex lubentia voluntatis, hic erit ex iis qui in hortum Eden recipientur hic vocandus est dominus veræ fidei, dignusque qui *וְיָרֵךְ* vir*

vocetur. Confer Buxtorfium Syn. Jud. C. I. Hottin-
gerum Thes. Phil. p. 13. Ergo ἀνὴρ τέλειⓄ est qui
ἐστὶ πλάσιⓄ ἐν πίσει Jac. II. 5. Ὁ τῆ πίσει τεθεμε-
λιώμενⓄ καὶ ἐδραῖος. Col. I. 23. Ἐϛ. Huc et-
iam spectat Phil. III. 15. nam ex connexione
evidens est τελείως hic quoque esse qui do-
ctrinam de abrogatione ceremoniarū legis, &
de perfecta Christi justitia recte intelligebant.
Neque dubitandum quin ad perfectionem cogni-
tionis respiciat Apostolus Hebr. V. 13. 14. Ibi
enim τέλειοι opponuntur νηπίοις, & νήπιⓄ di-
citur μετέχων γάλακτⓄ, & ἀπειρⓄ λόγῳ δικαιοσύ-
νης, lac sunt prima Christianismi docendi ini-
tia quæ Paulus C. V. 12. vocavit τὰ στοιχεῖα τῆς
ἀρχῆς τῶν λόγων τῆ θεῶ, quæ Theophylactus no-
minat τοὺς πρώτους ἀρχὰς τῆς πίσεως & quæ
Paulus dicit τὸν τῆς ἀρχῆς τῆ χριστῶ λόγον C. VI.
1. sed τελείοις competit ἡ στερεὰ τροφή, λόγⓄ scil. δι-
καιοσύνης ab elementalī distinctus. Clemens
Alexandrinus Strom. L. V. p. 570. γάλακτὴ κατήχησις,
οἷον εἰ πρώτη ψυχῆς τροφή. βῶμα δὲ ἡ ἐποπτικὴ
θεωρία. σάρκες αὐταὶ καὶ αἵματῶ λόγῳ τρεῖσι κα-
τάληψις τῆς θείας δυνάμεως καὶ ἕσπας. Catechesis
veluti primum nutrimentum animæ, cibus autem su-
spiciens contemplatio, quæ sunt ipsæ carnes Ὁ san-
guis verbi, hoc est comprehensio diuinæ potentiae Ὁ
essentia. Sunt præterea qui διὰ τὴν ἔξιν τὰ αἰσ-
θητήρια γεγυμνασμένα habent πρὸς διάκρισιν κα-
λῶτε καὶ κακῶ. Qui prius fractum solidum cibum
acceperunt discendo, & postea apti ad eum
dispensandum & distribuendum docendo (nam
He-

Hebræorum prisci doctores capita doctrinæ cum cibo pane & carne compararunt quæ dispescere & distribuere secundum hanc metaphoram est docere, accipere fracta & distributa discere, (verba sunt Clarissimi Vitrin-gæ de *Synag. Vet. p. m. 714.*) uti τέλειⓄ apud LXX. usurpatur pro ^{למד} erudiens, magister, I. Par. XXV. 8. Nec dubium est quin idem Aposto-lus ad ulteriorem progressum in rerum divina-rum cognitione respiciat quando dicit *Heb. VI. 1.* ἐπὶ τὴν τελειότητα φερώμεθα opponitur enim hæc τελειότης τῷ Ἰησοῦ ἀρχῆς τῆ χριστοῦ λόγῳ, & θεμελίῳ. De hac perfectione loquitur Servator *Luc. VI. 40.* καθηρτισμένⓄ δὲ πᾶς ἕσται ὡς ὁ διδά-καλⓄ αὐτοῦ, sed quilibet perfectus, aut exercita-tus πεπαιδευμένⓄ, eruditus aut informatus erit ut magister suus. Vide Doct. *Elsnerum.* Et *Paulus II. Tim. III. 17.* ἵνα ἀρπⓄ ἦν ἡ τῆ θεῶ ἀνθρώπος πρὸς πᾶν ἔργον ἐξηρτισμένⓄ si cum *Celeb. Vitringa ob-sacr. L. I. C. 16.* dicamus vocabulum ἀρπⓄ & ἐξηρτισμένⓄ respondere voci ^{רמ} quod do-cendi & discendi significatam habet, ut ἀρπος ἐξηρτισμένⓄ nihil aliud sit quam bene eruditus. Vide etiam *Cl. Bos, Exercit. phil. ad h. l.*, qui eti-am existimat per πᾶσαν δόσιν ἀγαθὴν καὶ πᾶν δώρη-μα τέλειον *Jac. I. 17.* præcipue designare Aucto-rem sapientiam Coelestem & cognitionem rerum di-vinarum, quæ homines virtutibus instruit, & perfectos reddit.

§. 10. Sed & aliæ τῆ τέλειⓄ notiones in cre-dentes sub N. T. quadrant. Spectari enim debent

debeant ut *ιεράτευμα βασιλικόν & ιερ εἰς τῷ θεῷ καὶ*
πατρὶ αὐτῶν, qui offerunt sacrificium *μημην*
ἀμέτοχων, quod non est cæcum, fractum, mu-
 tilum p̄sora vel scabie infectum &c. egregie
Philo p. 836. ἐάλητοι γὰρ αὐτῶς ἀναδιδάξαι διὰ
συμβόλην ὅποτε προεργοῖντο εἰς βωμῶν ἢ εὐξαμαῖνοι,
ἢ εὐχαριστήσαντες, μηδὲν ἀρρωγήμα ἢ πάθος ἐπιφέ-
ρεσθαι τῇ ψυχῇ. παρεῖσθαι δ' ὅλην δι' ὅλων ἀκηλί-
δωτον ἀυγάζειν, ὡς ἰδόντα μὴ ἀποσραφῆναι θεόν.
Submonentur enim his symbolis, ut quoties acce-
dunt altaria, vel nuncupaturi vota, vel reddi-
turi, nullum vitium, nullumque morbum afferant in
animā, sed contentur omnino nitidam & immacula-
tam in conspectum Dei producere ne visam averse-
tur. Et ut tales dicuntur credentes ἀμωμοι
Eph. I. 4. Apoc. XIV. 5. allusione ad sacrificia,
quia additur κατενώπιον αὐτῶν, & ἐνώπιον τῶ θεῶν
ut victimam Deo oblatam, consti-
tuere eam debebat ante ostium Tabernaculi,
live in atrio Lev. I. 3. II. 2. & postea in atrio
interiori templi, (& hoc dicebatur ἵνα ἐπιβῆ
ἐπὶ τὴν προσώπιον αὐτοῦ adducere & offerre in conspectum Dei. Et
huc etiam alludere potuit Apostolus Col. I. 28.
ἵνα παρεστήσωμεν πάντα ἄνθρωπον τέλειον ἐν χειρῶν
Ἰησοῦ, nam παρεστήσαι usurpatur de solenni vi-
ctimarum constitutione ante faciem Dei ut
Rom. XII. 1. Et ad hanc quoque sacrificiorum
integritatem respicit forsā Jacobus Cap. I. 4.
ἵνα ἢ τέλειοι καὶ ὁλόκληροι: nam vox ὁλόκληροι
usurpatur de sacerdotibus apud Athenæum L. VII.
p. 300. & de sacrificiis apud Pollacem L. I. §. 1.
 Clar,

Clar. Jensus in ferc. liter. p. 28. non dubitat quia
 Servator Matth. XIX. 20. respiciat eum τελειό-
 τητος modum, qui spectabatur in hostiis.
 Gentiles sapientem & philosophum Dei sacerdotem
 quoque dixerunt. Stobæus tom. I. L. II. tit. 4.
 §. 4. λέγουσι δὲ καὶ ἱερέα μόνον εἶναι τὸν σοφὸν, Φᾶυ-
 λον δὲ μηδένα. Porphyrius de abstin. L. II. §. 49.
 ὁ ὄντως φιλόσοφος τῶ ἐπὶ πᾶσιν θεῶ ἱερεὺς, & sa-
 crificia in animi pietate morumque probitate
 sita esse censuerunt. Vide Grotium de ve-
 rit. R. Christ. L. IV. C. 12. Pfannerum Syst. Th.
 Gent. Pur. Cap. XV. §. 10. Cæterum τέλειοι et-
 iam sunt Christiani quatenus sunt eximii
 דִּירָק Ps. XVI. 2. γένε' ἐκλεκτὸν, βασιλεῖον
 ἱεράπευμα, ἔθνε' ἅγιον, λαὸς εἰς περιποίησιν 1. Pet.
 II. 9. &c.

§. 11. Præcipue tamen credentes confi-
 derare debemus ut πλείους Athletas qui nullo
 deficiente labore, per multas exercitationes
 & certamina & in iis patientiam, omnibus
 nervis contendunt ad metam. Hanc τελειό-
 τητα spectat Apostolus Phil. III. 15. ὅσοι δὲ τέ-
 λειοι τῷ πρὸ φρονῶμεν. Nam vs. 12. 13. 14. de cur-
 su egit spirituali. Chrysostomus ad h. l. ποῖον τῷ
 πρὸ τὸ ὄπ δὲ τῶν ὀπισθεν ἐπιλανθάνεσθαι, ὥστε τελείω
 τὸ μὴ νομίζειν ἑαυτὸν τέλειον εἶναι. Quid hoc est, ni-
 mirum quæ retro sunt, obliviscenda esse, ita ut per-
 fecti hominis sit, non se existimare perfectum esse.
 Augustinus de perfectione justitiæ tom. VII. Quotquot
 perfecti sumus, id sapiamus: id est quotquot per-
 fectè currimus, hoc sapiamus quod nondum perfecti
 sumus,

sumus, ut illic perficiamur quo perfecte adhuc currimus, ut cum venerit quod perfectum est, quod ex parte est destruat; id est, non jam ex parte sit, sed ex toto &c. vide etiam L. II. Tom. 7. p. 244. Ambrosius superius v. 12. § 13. negat se esse perfectum. Ad comparationem autem ceterorum, qui res divinas negligenter curant, perfecti dicendi sunt, qui adhibita solertia perfectionis iter ambulant. Labet etiam adscribere quæ Hieronymus habet ad Jes. LXI. perfectos sponsi comparat pulcritudini, incipientes sponsæ assimilant ornatui. Perfectus erat Paulus quasi sponsus decoratus corona atque coronandus, sive ut Aquila transtulit ἱερατευμένος σεφάνης quod in lingua nostra dicitur sacerdotii portans coronam, loquentes in se Christi auctoritate dicebat, certamen bonum certavi, cursum consummavi, de cetero reposita mihi corona justitiæ. Et in alio loco. Quotquot ergo perfecti, hoc sapiamus. Incipiens autem erat comparatio. Ne plenitudinis, quando ex persona incipientium loquebatur, cum essem parvulus sicut parvulus loquebar, sicut parvulus sapiebam, sicut parvulus cogitabam. Huc quoque respexit forsitan Apostolus Col. IV. 12. πάντοτε ἀγωνιζόμενος ὑπὲρ ὑμῶν ἐν ταῖς προσευχαῖς, ἵνα ᾤτε τέλειοι &c. nam verbum ᾤναι videtur desumptum esse a luctatoribus, qui nimirum stantes luctabantur, qualis lucta ὀρθοπάλη dicta. Confer. Eph. VI. 11. Ad Athletarum patientiam referri quoque debet quod habet Jacobus Cap. I. 4. Ἡ δὲ ὑπομονὴ ἔργον τέλειον ἐχέτω ἵνα ᾤτε τέλειοι, καὶ ὀλόκληροι ἐν μηδενὶ λειπόμενοι. vide *Lydium Agonist.*
 Sacr.

Sacr. CXXXV. Philo de migrat. Abrah. p. m. 392.
 Jacobum vocat ἀθλητὴν τέλειον. ἴσον τῷ γέγονάς
 μοι ἀθλητῆς τέλειος, καὶ βραβείων καὶ σεφάνων
 ἠξιώθης, ἀγωναθείξσης ἀρετῆς, καὶ προτεινέσης ἀθλα-
 σοι τὰ νικητήρια. Κατάλυσον δὲ ἔδη τὸ Φιλόνεικον,
 ἵνα μὴ πάντοτε τήνης, ἀλλὰ καὶ τῶν πονηθέντων ἀπό-
 νασθαι δυναθῆς. *Ac si diceret, fuisti mihi athleta*
perfectus, premia coronasque promeritus, virtute
presidente certamini, & tibi porrigente insignia
victoris desine jam contendere, ne in totum defati-
geris, sed possis frui actis laboribus. Gentiles et-
 iam viros bonos & virtutis studiosos voca-
 bant *Athletas*. *Marcus Antoninus L. i. §. 4.* me-
 morat ἀθλητὴν ἀθλετῆ μεγίστη τῆ ἐπὶ μηδενὸς
 πάθους καταβληθῆναι, δικαιοσύνη βεβαμμένον εἰς
 βάθος, ἀσπαζόμενον ἐξ ὅλης τῆς ψυχῆς τὰ συμβαί-
 νονται καὶ ἀπονεμόμενα πάντα. *Certaminis præ-*
stantissimi, ne ab affectu scilicet ullo subvertatur,
Athletam iustitia penitus imbutum, ex animo omnia
prorsus amplexantem, quæcunque ex lege divina
illi attributa contigerunt. *Andronicus XII.* post
 præmissa quædam, πρὸς γὰρ τὴν τελείωσιν τῆ
 γυμναζομένην τὸν παιδευτὴν προσῆκει τάττειν τὰς λέ-
 γους, τελείωσις δὲ αὐτῆ εἶναι τῆ τῆς ἀρετῆς ἀθλετῆ, τὸ
 ἀγαθὸν αὐτὸν γενέσθαι, καὶ πρακτικὸν τῶν καλῶν.
Eo enim, ut perfectus in arte sua esse possit gymnasta,
totam docendi rationem suam dirigere oportet
eum qui docet. Illa autem erit athletæ perfectio,
si bonus esse, & quæ honesta sunt agere possit. Sta-
 tuebant etiam patientiam in perferendis
 malis esse τελειότητι quandam, immo calamita-
 τῆτι

tatibus etiam numinis divini felicitatem pro-
 vehi credebant. *M. Antonius L. V. §. 8.* Καὶ
 ἔτιος ἀσπάζεσθαι πᾶν τὸ γινόμενον καὶ ἀπινέφερον δοκῆ
 διὰ τὸ ἐκεῖ ἄγειν, ἐπὶ τὴν τῷ κόσμῳ ὑγείαν, καὶ τὴν
 τῷ θεῷ εὐδοσίαν καὶ εὐπραγίαν. Eodemque modo
 quicquid evenerit, quamvis asperius visum fuerit,
 libens admittito, quandoquidem ad mundi integra-
 tem, Jovisque prosperitatem atque felicitatem ferat.

§. 12. Cæterum τέλειοι sunt quoque cre-
 dentes quoniam non est in iis duplex & di-
 versissimus animus (quod de *Sylla* dicitur a-
 pud *Vellejum Paterculum p. 3.*) sed simplex &
 candidus, quorum interius est ut exterius,
 osque illorum & cor æqualia, ut *Rabbini* lo-
 quuntur, qui ante omnia operam dant *לַיהוָה*
לִפְנֵי עַם שׂוֹה, ut Cor ori ad amussim respon-
 deat, qui inde dicuntur καρδαροὶ ἢ καρδία. ἀνυ-
 πόκριτοι, ἀπλοῖ, ἀκέραιοι &c. vide *Homborgium*
§ Elsnerum ad Matth. X. 16. *Bos Etym. Græc.*
p. 15. qua ratione spectantur etiam ut δίκαιοι
ἐνώπιον τοῦ θεοῦ Luc. I. 6. vide *Keuchenium*. Pro-
 fecto simulata sanctitas duplex est iniquitas. Recte
Augustinus in *Ps. LXIII.* simulata equitas non est
 equitas, sed duplex iniquitas: quia *§ iniquitas est*
§ simulatio. Non mirum ergo quod veteres
 simplicitatem ab initiatis in baptismo requirebant
 quemadmodum *Ambrosius* alicubi dicit. *Vera*
enim fides ab initiatis § simplicitas requiritur. *R. D.*
Kimchi hominis perfectionem in cordis sin-
 ceritate ponit. Ita enim scribit in *Ps. XXIV.*
v. 4. Ecce in hoc versu tres hominis dispositiones

commemorat, operis scilicet, sermonis & cogitationis, in quibus tribus posita est hominis perfectio; si nempe fuerit innocens in operibus, mundus in cogitationibus cordis sui & in sermone suo fidelis. Marcus quoque Antoninus ἀνυποκροσίαν refert inter morum perfectionem L. VIII. §. 69. Ἰὺτο ἔχει ἡ τελειότης τῆ ἔθους, τὸ πᾶσαν ἡμέραν ὡς τελευταίαν διόδιεξάγειν, καὶ μήτε σφύζειν, μήτε ναρκᾶν, μήτε ὑποκρίνεσθαι. Hoc in se habet morum perfectio, quod diem omnem tamquam novissimum exigit, nec aut festinat, aut torpescit, aut simulate quicquam, agit. Vide etiam L. XI. §. 13. Porro ad illam perfectionem ἐπιλεκτικῆς pertinet προθυμία firmum & constans propositum, omnia Dei præcepta observandi. Christiani sumus affectu magis, quam effectu & maxima pars Christianismi est toto pectore velle fieri Christianum. Bene Augustinus in 1. Joh. tri. IV. Tota vita boni Christiani, sanctum est desiderium. Et Lactantius Inst. L. VI. C. 5. Virtus nostra tota posita est in voluntate faciendi. Sed major conspicitur perfectio in sincera istius propositi executione. Huc spectat Jacobi effatum C. III. 2. εἶπες ἐν λόγῳ ἔπραξαι, ἔπος τέλει αἰνῆρ. Doctissimus Camero observat, fuisse ἀσκήτας in disciplina Judæorum, qui sese in virtute exercebant, & fuisse itidem quos Philo πελείας vocat, quos dicit non laborare, sed tantum conservare quæ acquisiverunt labore, nempe πελείας eos esse qui docent reapse & factis, se vere didicisse quod se didicisse profitentur, illos ergo qui eo usque in vir-

Class. IV, Fasc. VI. Rrr tutis

tutis documento & experimento profecerunt, ut possint linguam suam moderari eos eo ostendere se non amplius *α'σκήτας*, sed *πλείως* esse. Verba autem *Philonis*, quos spectat *Camerro*, extant *Lib. quod det. potiori insid. soleat p. m. 169.* Ubi ita ad legem illam *Levitarum Num. VIII. a quinquagesimo anno ministrare cessabit. Ceterum perfectum non jam laborare, sed quæ per exercitationem laboremque acquisivit, custodire. Absit enim ut eorum sim mediator, quæ mox servare non liceat. Ergo exercitatio mediocritas est, non perfectio. Fit enim non in perfectis quidem animis, sed tamen ad fastigium tendentibus. At custodia perfectum officium, memoriæ mandare, contemplativa exercitia Sanctorum, scilicet fidei custodi, pulchrum scientiæ depositum, quæ sola contemnit oblivionis casses multiplices. Itaque memorem eorum, quæ didicit, recte custodem appellat. Hic autem priusquam exercetur, alterius docentis erat discipulus. Factus autem ad custodiam idoneus, adscitus jam in docentium dignitatem ac ordinem, fratrem ad ministeria suæ doctrinæ substituit, hoc est sermonem suum enuntiativum &c. *Τελείωτης* ergo est linguam compescere, scire ratione tacere & loqui in tempore quod compertum habes. Pythagoras imperabat suis quinquennale silentium, ut sciret quantum possent in continentia linguæ, re omnium difficillima, ut refert *Jamblichus de vita Pyth. p. 77.* Vide *Rittershusium not. in Porphy. p. 20.* Multa de tempestivo silentio tanquam virtute prima, & re sapientissima inter*

inter homines legas apud Catonem, Pindarum, Menandrum, alios. In Harpocratis imagine circa sinistrum lacertum serpens volvitur, quo notatur prudentia in linguæ regimine consistens. Vide Clar. Lomejerum diff. de Harpocrate §. 9. Stoici ad ἀπροπτωσίαν dialecticam necessariam esse statuebant ἔκ αὐτοῦ δὲ τῆς διαλεκτικῆς θεωρίας τὸν σοφὸν ἀπτῶτων εἶσεσθαι ἐν λόγῳ τὸ τε γὰρ ἀληθὲς καὶ τὸ ψεῦδ' ὁ διαγινώσκουσθαι ἀπ' αὐτῆς, καὶ τὸ πιθανόν, τὸ τε, ἀμφιβόλως λεγόμενον διευκρινεῖσθαι, *absque dialecticæ speculatione sapientem in oratione sua non futurum sine lapsu. Quippe ex illa dignosci verum atque falsum, probabile autem ὅ quod ambigue dicatur, dijudicari. ἀπροπτωσίαν autem definiunt ἐπισημν τῆ ποτε δεῖ συγκαθίεσθαι, καὶ μὴ. Scientiam quam docemur quando consentire oporteat, ὅ quando non. Vide Laert. L. VII. p. 391. & Marc. Ant. L. III. §. 9. IV. 49. VII. 55. Requiritur ergo ad hanc perfectionem concocti sermones ὡσπερ γὰρ τὰ πεφθέντα σιτία τὴν ἐξιν τέθει τῆ σώματος, ἔτω καὶ οἱ πεφθέντες λόγοι, τὴν ἐξιν τέθει τῆς ψυχῆς, ἀφ' ἧς λοιπὸν ὡς ἀπὸ μονίμου ρίζης οἱ καρποφόροι λόγοι προέρχονται. ut enim tibi concocti habitudinem corporis alunt: Sic ὅ concocti sermones, animi habitum nutriunt: e quo postea ut e stabili radice frugiferi sermones efflorescunt. ut scite Simplicius Com. in Epict. Ench. p. 311. Cæterum observatione digna sunt verba Philonis de migrat. Abrah. p. m. 399. ἡ γὰρ τελειότης δι' ἀμφοῖν, ὡς εἶοικε, ἰσχυρὸν ὑποβάλλοντος τὰ ἐνθυμήματα καθαρῶς, καὶ ἰὲ διερμηνεύοντ' αὐτὰ ἀπταί-*

VII. Seg. 125. 126. Τέλειοι ergo sunt credentes, quatenus sincere πορεύονται ἐν πάσαις ταῖς ἐπιτολαῖς καὶ διηρημάσιν τῆς κυρίας ἀμεμπτοί, qui ut bene perveniant, bene procedunt, qui instar τελειουργῶν & τελειοκῶν inter incedendum properant μακρὰ βαίνουσιν ἐπιτελέοντες ἀγνωσύνην ἐν φόβῳ θεῶ, nam ut recte *Simplicius in Epist. p. 176.* μὴ τὰ πρῶτα μόνον καὶ τὰ μέσα ἔχων, ἀλλὰ καὶ τὰ ἔσχατα. Non prima tantum, & media, sed extrema quoque, id quod est proprium perfectionis. Optime *Bernardus in Cant. 84.* Magnum bonum querere Deum: primum in donis, ultimum in profectibus est. Virtutum nulli accedit, cedit nulla cui accedat quam nulli praecedat? cui cedat quae omnium magis consummatio est? Quae enim virtus adscribi potest non querenti Deum? aut quis terminus querenti Deum? Maxime vero ostendunt τέλειοι progressum in omnibus virtutibus quando fiunt μιμηταὶ τῆς θεῶ ὡς τέκνα ἀγαπητὰ praecipue respectu caritatis benignitatis, bonitatis & clementiae in proximum etiam impios & inimicos. Τὸ τέλος enim τῆς παραγγελίας ἐστὶν ἀγάπη ἐκ καθαρῆς καρδίας *1. Tim. 1, 5.* Est caritas συνδεσμὸς τῆς τελειότητος *Col. III, 14.* Hinc *Johannes 1. Ep. II, 5.* ὅς δ' ἂν τηρῇ τὸν λόγον ἀληθῶς ἐν ἴστω ἢ ἀγάπη θεῶ τετελειώται, & *1. Ep. IV, 4.* εἰ ἂν ἀγαπῶμεν ἀλλήλους ὁ θεὸς ἐν ἡμῖν μένει, καὶ ἡ ἀγάπη αὐτῶ τετελειωμένη ἐστὶν ἐν ἡμῖν. In quibus locis ἀγάπη θεῶ videtur denotare amorem Dei erga nos secundum nexum & scopum Apostoli, ut amor Dei in nobis perficiatur, consummetur, dum fratres amamus, per

amplissimos caritatis effectus, regenerationem
 puta illuminationem, justificationem, sancti-
 ficationem &c. Addit idem Apostolus 1. Joh.
 IV. 17. 18. ἐν τῷ τελείῳ ἡ ἀγάπη μεθ' ἡμῶν
 ἵνα παρρησίαν ἔχωμεν ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῆς κρίσεως ὅτι
 καθὼς ἐκεῖν ἔστι, καὶ ἡμεῖς ἐσμέν ἐν τῷ κόσμῳ τῷ
 αὐτῷ. φόβος οὐκ ἔστι ἐν τῇ ἀγάπῃ, ἀλλ' ἡ τελεία ἀγά-
 πη ἐξωβάλλει τὸν φόβον, ὅτι ὁ φόβος κόλασιν ἐ-
 χει. ὁ δὲ φοβούμενος οὐ τελειώται ἐν τῇ ἀγάπῃ.
 quibus locis non putem agi de amore Dei er-
 ga nos, ut existimat *Doctissimus Langius*, sed
 de amore erga proximum juxta proprium Jo-
 hannis scopum, ut sensus sit amorem erga
 proximum in nobis perfici & consummari, cum
 ipso actu ostendimus nos vere proximum
 amare quo ipso Deo similes reddimur, siqui-
 dem ille tamquam ipsa ἀγάπη amorem suum
 erga nos luculentis indicibus demonstravit.
Bene Clemens Al. Strom. L. V. p. 511. ἀγάπην
 οὐκ ἀσκεῖν τὸν τέλειον χρὴ καθέυδειν ἐπὶ τὴν θεῖαν
 φιλίαν σπεύδειν, δι' ἀγάπην ἐκτελεῖν τὰς ἐντολάς,
 oportet igitur qui perfectus est, caritatem exercere,
 hinc ad divinam tendere amicitiam, per carita-
 tem exequendo mandata. Cæterum ad perfectio-
 nem clementiæ & misericordiæ hortatur Salvator
Matth. V. 48. ἔσεσθε οὖν ὑμεῖς τέλειοι ὡς περὶ ὁ πα-
 τὴρ ὑμῶν ἐν τοῖς οὐρανοῖς τέλειος ἔστι, hoc evi-
 dens enim est ex v. 44. ἐγὼ δὲ λέγω ὑμῖν ἀ-
 γαπατε τὰς ἐχθρὰς ὑμῶν, εὐλογεῖτε τὰς καταραμένους
 ὑμᾶς, καλῶς ποιῆτε τοῖς μισούντων ὑμᾶς, καὶ
 προ-

προσεύχεσθε ὑπὲρ τῶν ἐπιηρεαζόντων ὑμᾶς καὶ διωκόντων ὑμᾶς. *Quare Lucas Cap. VI. 36. habet γίνεσθε ἐν οἰκτιρμοῖς, καθὼς καὶ ὁ πατήρ ὑμῶν οἰκτιρῶν ἐστίν. Caritas etiam νόμος βασιλικὸς Jac. II. 8. dici potest quod animis nostris regiam ingerat indolem, Clementia vero convenientissima principi & regi, quia plus habet apud illos quod servet, ac majore in materia apparet ut Seneca ait de Clem. Recte ergo Clemens Alexandrinus Strom. L. VII. p. m. 752. τελείως ἀφέντες τὰς αἰμαρτίας ἀμνηστικαὶ ἐντες, perfecte peccata remittentes, & acceptæ injuriæ obliviscentes. Scite etiam Ambrosius Offic. I. 48. infirmorum est, retorquere acceptam contumeliam, proficientium silentio perficere; perfectorum maledicentem benedicere, Consentit Augustinus Tom. III. fol. 38. perfectorum est inimicos diligere. Gentiles hanc quoque virtutem maximam vocasse perfectionem ostendit Doct. Elsnerus Obs. Sacr. ad Matth. V. 40. ex Hierocle & Cicerone, quibus addo Pythagoram qui dicebat δύο ταῦτα ἐκ τῶν θεῶν τοῖς ἀνθρώποις δεδοῦναι καὶ μάστις, τὸ τε ἀληθεύειν, καὶ τὸ εὐεργετῆν: καὶ προστίθει, ὅτι καὶ εἴοικε τοῖς θεῶν ἔργοις ἐκάτερον hæc duo divinitus hominibus data esse pulcherrima, veritatem amplecti, & aliis benefacere: & addebat utrumque cum Deorum operibus comparari posse, uti Ælianus memoriæ prodidit LXII. C. LIX. Lenitatem conviciis exhibendam docuere Epictetus Enchirid. C. LXIV. & Simplicius Com. in Epict. Ench. p. 302. & seq.*

Et amare nos debere ipsos verberantes, & bene precari ei qui injuria nos affecerit, præcipit idem *Epictetus L. III. C. 22. § L. I. C. 25.* Et perfectionis istius specimina, exhibuerunt luculenta Euclides, Pericles, Cicero, P. Claudius Pulcher, aliique bene multi. Quin & ad pravorum hominum tolerantiam suadendam numinis divini exemplar proposuerunt. Præclare *M. Antoninus L. VII. §. 70.* Ὅι θεοὶ ἀθάνατοι ὄντες ἔδουχεραίνουσιν ὅτι ἐν πσέτῳ αἰῶνι δεήσει αὐτὰς πάντως αἰεὶ τοιούτων ὄντων, καὶ πσέτων Φαύλων ἀνέχεσθαι. προσέπι δὲ καὶ κήδονται αὐτῶν παντοίως. σὺ δὲ ἔσον ἔδέπω λήγειν μέλλων ἀπειδᾶς; καὶ ταῦτα εἰσὼν τῶν Φαύλων. *Dii immortales cum sint, non egre ferunt tamen, quod per ævum tam immensum ipsos oporteat omnino, tot talesque qui sint, improbos jugiter sustinere. Immo quod amplius est omnimodam horum curam gerunt. Tu vero qui mox desiturus malos tolerando defetisceris, idque cum ex eorum ipse sis numero.*

§. 14. Cæterum probe tenendum illud *Augustini Epist. 29. ad Hieronymum.* Plenissima caritas, quæ jam non potest augeri, quamdiu hic homo vivit, est in nemine, quamdiu autem augeri potest, profecto illud quod minus est quam debet ex vitio est, ex quo vitio non est, qui faciat bonum § non peccet. Recte etiam *Trypho Judeus apud Just. Mart. dial. cum eo p. 227.* ὁμῶν δὲ καὶ τὰ ἐν τῷ λεγομένῳ εὐαγγελίῳ παραγγέλματα θαυ-
μα-

μασὶ ἔτι καὶ μεγάλα ἐπίσταμαι εἶναι, ὡς ὑπολαμβάνειν μηδὲνα δύνασθαι φυλάξαι αὐτά. *Vestra sane quæ in Evangelio, quod dicitur, sunt præcepta, tam magna & admiranda esse novimus ut suspicio nostra sit a nemine illa servari posse.* Verissime Apostolus 1. Cor. XIII. 9. ἐν μέρεσιν hoc est κατ' ἀνθρώπων, sive ὡς ἐν ἀνθρώποις juxta illustrem *Heinsium*) γὰρ γινώσκομεν, καὶ ἐν μέρεσιν προφητεύομεν. & v. 12. Βλέπομεν γὰρ ὡς ἐν δι' ἐσόπτρου, (*per speculum aut speculari, hoc est e longinquo, imperfecte uti Cl. Bos interpretatur quod enim nonnulli per ἐσόπτρον intelligunt evangelium per quod videamus in ænigmate V. T., hoc a Pauli scopo alienum videtur.*) ἐν αἰνίγματι, hoc est obscure, τότε δὲ πρόσωπον πρὸς πρόσωπον. hoc est *cernimus coram, clare & perfecte.* Nam ὅταν ἔλθῃ τὸ τέλειον τότε τὸ ἐν μέρεσιν κατὰργηθήσεται. Hisce similia docuerunt tum *Judæi in Succa fol. 45. &c.* tum *Gentiles apud Platonem in Phæd. p. 380. & Simplicium in Epist. ench. p. 237.* Nulla ergo datur in hac vita mysticorum quorundam ἀποθέωσις qua nostri cum Deo communio, supra eam quam fert humana natura sortem evehitur. Orandus interim Deus qui solus vere τέλει, a quo principium, medium & finis vel summa perfectionis, ut ipse nobis dare velit tantam perfectionem quæ in nos potest cadere. Pro qua *Jamblichus Sect. X. C. VIII. de myst:* votum facit. εὐχομαι δὲ ἔν τὸ λοιπὸν τοῖς θεοῖς ἐπὶ τῶν τέλει, τῶν λόγων

τῶν ἀληθῶν νοημάτων ἐμοὶ τε καὶ σοὶ παρέχειν τὴν
 φυλακὴν ἀμετάπτωτον, εἰς τε τὸν αἰδίου αἰῶνα δι'
 αἰώνιων ἀλήθειαν εὐπθέσαι καὶ τελειοτέρων νοήσεων
 περὶ θεῶν χορηγεῖν, μετρίαν. ἐν αἷς δὲ τὸ μακά-
 ρισον τέλος τῶν ἀγαθῶν ἡμῖν πρόκειται. *Quod*
reliquum est in calce sermonis Deos comprecor,
mibi tibi que dare velint, ut firmiter custodiamus,
qua vere intelligimus, insinuent que nobis per sempi-
terna secula veritatem, praestent que adhuc perfe-
ctiores de iis notiones, in quibus omnium bo-
norum beatissima possessio
nobis reponitur.

C. A. HEUMANNI

Commentatio.

ad I. Job. III: 20.

DE

PANSOPHIA CHRISTIANA.

§. I.

Cum omnes ad res, tum maxime ad studia literarum, prudentiam esse adhibendam, facile intelligitur atque in confesso est apud omnes. Jam vix turpius imprudentiæ literariæ genus excogitari potest eâ inscitia, qua, neglecta scientia principis, levioribus adhærescitur disciplinis, & animi studiosorum procos illos Homericos imitantium toti irretiuntur amore doctrinæ humilioris. Scilicet *unum est necessarium*, id quod pulchre sciebat Maria illa Evangelica, perpauca quidem certe e literatis nacta imitatores, pluribus Marthæ exemplo multa agendo nihil agentibus, ac per varias disciplinas perque libros varios nequicquam discursantibus. Cum vero periculosissime hic erretur, merito & eruditi & eruditionis candidati identidem etiam atque etiam

etiam monentur, ne docta studia tractandi rationem ineant stultam, a veroque literarum scopo toto, quod ajunt, cœlo totaque via aberrent. Cæterum quodnam sit caput ac veluti prora puppisque omnis doctrinæ, & quo referri ab eruditis oporteat præcipuam curam atque industriam, si quærimus, non malum se nobis doctorem præbet poëta nescio quis, cujus notissimi sunt hi versus :

*Si Christum discis, satis est, si cætera nescis :
Si Christum nescis, nihil est, si cætera discis.*

Nobis vero nunc visum est multo locupletio-rem sequi auctorem, Joannem apostolum, qui doctrinæ Christianæ scientiam non solum σοφίαν, sed plane πανσοφίαν esse habendam, luculentissimis pronuntiat verbis secundo primæ suæ epistolæ capite, & ejus quidem versu vigesimo. Quæ verba paucula quidem illa, sed sensu ponderosissima, expendere curatius libet.

§. 2. Vos, inquit Apostolus noster ad Christianos, vos scitis omnia. Facile apparet, ἐμφαντικῶς esse hæc verba, & ardentiori quodam affectu expressa. Neque enim contentus noster est dicere, Christianos scire, quantum satis ad æternam consequendam felicitatem; sed scire eos dicit omnia, nescire nihil. Vos, inquit, scitis OMNIA. Equidem nullus dubito, Apostolum respexisse inimicos

re-

religionis Christianæ, profiteri ausos, Christianos ipsosque adeo eorum doctores eoque esse indoctos, ut NIHIL plane scire dicendi sint. Ac sane fuerunt, qui primis illis temporibus id objicerent Christianis. Ipsum Joannem nostrum a superciliosis Judaeorum sacerdotibus dictum fuisse ἀνθρώπων ἀγροίματων καὶ ἰδιώτην, relatum videmus a (a) Luca. Testis quoque Minucius (b) Felix est, Christianos in universum omnes ab ethnicis habitos fuisse studiorum rudes, literarum profanos, expertes artium, indoctos, impolitos, agrestes, ne ad civilia quidem intelligenda, nedum ad differenda divina idoneos. Ac ne nesciamus, a quibus nominatim hoc exprobratum sit Christiano nomini, Hieronymus (c) memoriæ prodidit, fuisse Celsum, Porphyrium, ac Julianum, ferocissimos illos ἀντιχριστοί, qui summæ imperitiæ rusticæque simplicitatis Christianos arguerent. Quid? Ipsa Celsi verba, quibus illudit Christianis quasi simplicissimæ credulitatis reis, supersunt in Opere (d) Origenis quo fuse doctæque Celsi illius adversus religionem Christianam criminationes diluit ac refellit. His igitur singularis cujusdam sapientiæ opinione tumentibus pseudophilosophis contradicte Joannes, in hæc fortiter erumpit verba: VOS, Christiani, SCITIS OMNIA, hoc est tantum abest, ut
NI-

(a) Act. IV. 13. (b) In Octavio cap. V. 4. & cap. XII. 7. (c) In prooemio ad Catal. script. eccl. (d) Lib. I. adv. Celsum. p. 8. Conf. lib. VI. p. 282.

NIHIL sciatis, [quæ inimicorum vestrorum calumnia est,] ut potius sciatis OMNIA: cum contra ethnici, qui sibi videntur (e) πᾶνσοφοί, adeo non sint sapientes eruditique, ut potius NIHIL scire jure censeantur.

§. 3. Nec difficile fuerit intelligere, cur Christiani ab apostolo nostro dicantur omnia scire, ethnici nihil. Nam primum quicquid est humanarum disciplinarum & artium, id sane nihil est ad Christianæ religionis scientiam, sique huic comparetur, verissima æstimatione pro nihilo ducitur. Ecquid enim, quaeso, prodest scientia omnis ævi historiarum, notitia plurimarum linguarum, peritia artium mathematicarum, poëticæ, criticæ, rhetoricæ, dialecticæ, aliarumque, investigatio naturæ rerum quarumvis, & ipso Aristotele, Homero, Demosthene, Aristarcho, Archimede esse superiorem; quid hoc prodest, inquam, si careas regina illa scientiarum, philosophia Christiana, qua qui instructi non sunt, quantumvis (f) sapere sibi aliisque videntur, ἐμωγεῖν θύραυ. Deinde Christiana religio quam sana, quam præclara tradit de DEO ejusque cultu! quam stolidam e contrario & irreligiosam est tota illa ethnicorum religio! ut verissime

(e) Certe hoc titulo Euripidem ornavit Athenæus *Dipnosoph.* lib. XV. ineunte p. 665. Et Quintilianus *Dial. de caus. corr. eloq.* XXX. 4. tribuit Ciceroni omnium rerum scientiam, & n. 2. ait, eundem omnes philosophiæ partes penitus hausisse.

(f) *Rom.* I. 22.

sime Paulus eam descriperit hisce (g) ver-
 bis : Εσκοπισμένοι ἢ διαβολᾷ ὄντες ἀπὴρδοτειωμένοι
 τῆς ζωῆς τῆ Θεοῦ, διὰ τὴν ἀγνοίαν τὴν ἔσαν ἐν αὐτοῖς.
 Uti autem hoc loco *Paulus* ethnicorum sacram
 disciplinam vocat *tenebras & ignorantiam*, sic
 alibi Christianam religionem jure meritissimo
 lucem appellat. *Eratis (b)* inquit, *olim tenebrae,*
nunc lux estis in Domino, hoc est, olim NIHIL
sciebatis, nunc scitis OMNIA. Quod si quis
 forte dicat, *philosophorum theologiam* cum (i)
Varrone a publica religione, quam *civilem*
theologiam vocat, discernens, prisci ævi philo-
 sophos præclara multa edisseruisse de DEO
 ejusque colendi ratione, is velim omnem o-
 mnium philosophorum de DEO rebusque divi-
 nis doctrinam contendat cum doctrina Chri-
 stianorum vel catechetica : qua in re ducem
 haud sane imperitum se præbet *Grotius* in al-
 tero (k) *de veritate religionis Christianæ* libro,
 ad quem satis lucide id cognituros delega-
 mus. Agnoscet, scio, quisquis animum huc
 adverterit, religionem sive Platoniam, sive
 Aristotelicam, sive Stoicam, sive cujuscunque
 philosophi, nihil esse, meras tenebras esse,
 præ illa religione, quam quilibet de vulgo
 Christianus hausit e limpidissimis Scripturæ
 sacræ fontibus. Quod cum ita sit, quis du-
 bitet

(g) *Ephes. IV, 18.*

(b) *Eph. V, 8.*

(i) *Apud Augustinum lib. VI. de C. D. cap. 5.*

(k) *Lib. II. §. 9. usque ad §. 16.*

bitet assentiri Joanni nostro, ethnicos nihil scire, Christianos scire omnia?

§. 4. Neque vero soli ethnicorum philosophi videntur ab Apostolo innui, sed facile a me impetro, ut credam, respici ab eodem *Ἰὼάννης ἐλεροδιδασκαλῶντας* sui ævi cui pseudochristianos: qui e scholis ethnicis in Christi castra transgressi adulterabant doctrinam apostolorum specie doctrinæ perfectioris & eximiæ cujusdam rerum divinarum intelligentiæ: quam ob causam inditum eis fuit nomen *Gnosticorum*. Video, jam *Hammondo* in suis ad epistolam *Joannis* commentariis in mentem venisse hæreticorum istorum: quem etsi non ignoro pluribus eruditis (l) notatum fuisse ob violentiorem minimeque verosimilem plurimorum N. T. locorum ad Gnosticos applicationem, hoc tamen, quem expendimus, loco ejus sententiæ libens subscribo, ac, Gnosticos simul notari ab Apostolo, eo minus dubito, quod & *Tertullianus* liquido (m) testatur, Gnosticos ipsorum apostolorum ignorantiam sugillare consuevisse, & ipse *Joannes* eorum disertam paulo post (n) injicit mentionem, qui Christianam plebem meliora scilicet se edocturos profitebantur, quam docuerint Apostoli. Non est, inquit, vobis opus, *ἵνα πῶς διδάσκῃ ὑμᾶς*, hoc est,

(l) Vid. *Ittigius de hæsiarchis primitivæ Ecclesiæ lib. II. cap. 9. §. 6. p. 168.*

(m) *Lib. de præscript. adv. hæret. cap. 23. Vid. § c. 22.*

(n) *Versu 27.*

est, ut rectissime interpretatus est Celeb. (o) Langius, ut quisquam antichristorum istorum, qui sua doctrinarum βδελύγματα pro singularibus fidei mysteriis venditant, imo obtrudere volunt, vos, tanquam adhuc rudes ac ignaros, doceat nova dogmata, antea nondum a nobis Apostolis percepta.

§. 5. Ex his, quæ dixi, elucet, propositionem apostoli, qua Christianos omnia scire pronuntiat, non esse, ut cum Logicis loquamur, absolutam, sed relativam. Neque enim Christiana doctrina, ut Alstedius (p) putat ali- que encyclopædiæ Biblicæ (q) patroni, o-
 Class. IV. Fasc. VI. Sss mnem

(o) Comment. ad b. l. p. 320.

(p) Exstat Joh. Henr. Alstedii Triumphus Bibliorum sacrorum, seu Encyclopædia Biblica, exhibens triumphum philosophiæ, jurisprudentiæ & medicinæ sacræ, itemque SS. Theologiæ, quatenus illarum fundamenta ex Scriptura V. & N. T. colliguntur. Francof. 1625. in 8. Liber est parum eruditus, nec injuria censorio carptus dente a Baelio Dict. Hist. crit. T. I. p. 177. & Morhofio Polybist. lit. lib. II. cap. 7. §. 79. Recte hanc e sacro codice eruendi quasvis discipli- nas methodum præter alios emunctæ navis viros rejicit Verulamius lib. IX. de augm. scient. cap. I. p. 494. sq. & Morhofius, cujus hæc est ἐπίκλησις T. II. Polybist. lib. 2. cap. 3. §. I. Hic sancta quorundam simplicitas notanda est, qui inepta pietate ac superstitione potius, quam Ingenio ducti, omnium scientiarum prin- cipia in S. Scriptura putant esse recondita, qua opi- nione quidam imbuti integras Encyclopædias Bibli- cas nobis pepererunt.

(q) Huc referendus est Aug. Pfeifferus, Pansophiæ Mo- saicæ auctor, cujus hoc nomine notandi jam alibi obla- ta mihi fuit occasio, Act. Philos. T. II. p. 25.

mnem, quae cadit in homines, sapientiam complectitur: imo ne rerum quidem divinarum scientia in Christianis, quoad in hac vita versantur, ad perfectionis fastigium pertingit, sed vel apostolis maxima luce divinitus perfusis fatendum (r) est: Ἐκ μέρους γινώσκομεν. Utroque igitur sensu verum est illud (s) Theognidis: Ουδείς ἀνθρώπων ἀνὸς ἀπαντα σοφός. Ac relativam esse Joannis sententiam, ipse nos docet subsequenti versu, Christianos dicens scire τὴν ἀλήθειαν hoc est, doctrinam Christi, qui (t) est ἡ ὁδός, καὶ ἡ ἀλήθεια, καὶ ἡ ζωή. Cum igitur apostolus noster dicit, Christianos omnia scire, significat, eos scire omnia ad summam felicitatem consequendam scitu necessaria. Quo ipso sensu & Christus; Spiritus meus, inquit Joan. XVI. 13. ὁδηγήσει ὑμᾶς εἰς ΠΑΣΑΝ τὴν ἀλήθειαν. Pari modo (t) alibi: Spiritus, inquit, meus ὑμᾶς διδάξει ΠΑΝΤΑ. Paulus item Christianos scribit (u) ditatos esse ἐν πάσῃ γνώσει. Idemque precatur (x) Colossensibus, ut proficiant ἐν πάσῃ σοφίᾳ καὶ (ita addit semetipse interpretans,) συνέσει πνευματικῇ, & paulo post [y] a se doceri ait homines ἐν πάσῃ σοφίᾳ.

§. 6. Revertimur ad Joannem nostrum, eique attendimus docenti, unde perfecta illa Chri.

(r) I. Corinth. XIII, 9.

(s) v. 898. (t) Joan. XIV, 6. (t) Joan. XIV, 26.

(u) I. Corinth. I, 5. Conf. Phil. I, 9. (x) Coloss. I, 9.

(y) v. 28. Conf. Coloss. II, 2.

Christianorum sapientia, πανσοφία illa, in ipsos profecta sit. Nam, inquit, vos unctiōnem habetis ἀπο' τῆς ἀγίας. Figurata hæc sunt, adeoque ex antiquitate Hebraica paucis illustranda. Scilicet sacros olim inter ritus haud postremum tenebat locum unctio, qua modo res, modo personæ, DEO consecrabantur (2) dedicabanturque. Quam singularis exempli ritus iste fuerit, ex eo manifestum est, quod præter regem & pontificem maximum inungi solebat (a) nemo. Si vero hoc ritu declarabantur esse augusti ac sacrosancti, sanctissimis a DEO ministeriis præfecti, quosque adeo religiosa quadam veneratione prosequi pium, quocumque modo violare nefas foret.

Sss 2

Ea

(2) Spencerus lib. III. de legibus Hebr. rit. Diff. III. cap. 6. §. 1. p. 1041. originem hujus ritus incognitam sibi esse fatetur. Ego vero, quod ad unctiōnem rerum attinet, non dubito, fragrantissimo illo oleo significari, rem Deo esse pergratam. Vid. Genes. VIII. 21. XXVII. 27. & ad utrumque locum Jo. Clericus; Ephes. V, 2. Phil. IV, 18. De unctiōne personarum, & ejus symbolico scopo, dicemus paulo post.

(a) Tralatitia doctorum sententia est, memorata etiam a Chrysostomo homil. 3. in 2. ad Corinth. p. 531. prophetas quoque unctiōne initiari consuevisse. Sed locus certe 1. Reg. XIX. 16. qui unus huic rei probandæ adhibetur, id non probat, & jam Lundius in Jüdischen Heiligth. lib. I. cap. 28. §. 56. & Roellius Comm. in Ephes. §. 146. p. 363. sq. (ut Coccejum, Seb. Schmidium, Glasium, aliosque, præteream,) docuerunt, id omnino falsum esse. Conf. Dachselii de hoc argumento Disputatio, recensita in Novis lit. Hamb. A. 1709. p. 1. & 2.

Ea unctio (ut Cunei (b) verbis idem iterum describam,) celsitudinem quandam divinam regibus (& pontificibus) majestatemque addidit, sacrosancti in terris ut essent, & commercia cum Numine haberent. Nec vero unctio illa personarum erat simplex consecrationis ritus, sed illa olei præstantissimi suavissimeque olentis affusio tria potissimum symbolica ratione significabat. Primo enim symbolum id erat largissimæ veluti effusionis Spiritus S. & *χρησμός* divinorum in eum, qui ungebatur. Interpretem hujus rei se nobis Esaias præbet: Spiritus Domini, (c) inquit, super me, eapropter unxit me Dominus. Unde & relatum (d) legimus, simul ac Davidem unxisset Samuel propheta, statim eum factum esse plenum Spiritu sancto. Secundo unctio ista significabat corroborationem & virium animi confirmationem, scilicet ut unctus fortiter ac strenue sanctum officii sui munus exsequi posset ac tueri. Oleum enim viribus augendis jam olim adhibitum fuisse, vel ex illo Ciceronis (e) patet: Vellem, non solum salutis meæ, quemadmodum medici, sed etiam, ut alyptæ, (hoc est, unctores,) VIRIUM & coloris rationem habere voluissent. Unde & athletæ sive luctatores [f] oleo

(b) Lib. I. de rep. Hebr. cap. 14. p. 122.

(c) Cap. LXI. 1. & XLIV. 3.

(d) 1. Sam. XVI. 13.

(e) Lib. I. ad Famil. epist. 9. p. 116.

(f) oleo solebant perungi, partim scilicet, ut (g) fibræ redderentur molliores, partim ne transpiratione nimia ipsæ vires corporis veluti ejicerentur, sed robur conservaretur integrum & illibatum. Tertio denique unctio illa significabat gratiositatem, quam parit oleum illud fragrantia sua naribus jucundissimum. Adi sis *Cantic. I. 3. & IV, 10.* Huc respiciens *Paulus 2. Corinth. II, 15.* inquit: *Χριστός εὐωδία ἐστὶν τοῦ Θεοῦ, wir sind Gotte ein guter Geruch Christi.*

Sss 3

§. 7.

- (f) *Vid. Cellarii Antiquitates Medice cap. IV. §. 6. sqq. Ad hunc ritum athleticum, Christiani quoque sequioris aevi respexerunt, cum, illaudabili quidem Ecclesiae Mosaicae imitatione, (ut recte censet Hottingerus in Pentade p. 28. sq. Arnoldus in der Abbildung der ersten Christen lib. II. cap. 14. §. 28. p. 322. & Cel. Buddaeus Disp. I. de ritibus Judaicis Ecclesiae Christianae §. 8.) baptizatos unxerunt: de quo Ecclesiae junioris ritu vid. F. V. Calixtus Disp. de antiquis baptismi ritibus §. 20. Cyprianus epist. 70. p. 190: Ungi quoque necesse est eum, qui baptizatus sit, ut accepto chrismate, id est, unctioe, esse unctus Dei possit. Quod autem dixi, unctioe illa respectum fuisse ad athletas sese ungere solitos, confirmat Ambrosius (si tamen Ambrosius verus horum librorum auctor est,) lib. I. de sacramentis cap. 2. Unctus es, inquiens, quasi athleta Christi, quasi luctamen saeculi hujus luctaturus. Dionysius quoque Areopagita, auctor *Ψευδώνυμοι*, lib. de hierarch. eccl. cap. 2. §. 6. docet, unctioem baptizatorum significare, certandum esse Christiano tanquam fortissimo pugili. Vid. ad h. l. paraphrasis Pachymeris p. 279.*
- (g) *Haec physicas causas affert. Cl. Schulzius in Disp. de athleticis veterum, Hale A. 1717. edita. §. 77.*

§. 7. Non jam obscurum nobis esse potest, quid sibi velit Joannes noster, ita alloquens Christianos: *Vos habetis τὸ χάρισμα*. Innuuit quippe, Christianos, tanquam *reges & sacerdotes* novi foederis, (ita enim idem noster Joannes in *Apocalypsi* (b) sua Christianos appellat,) accepisse divinitus Spiritum sanctum, Spiritum illum omnis *χάρισμα* (i), Spiritum (i) roboris ac virtutis, Spiritum gratiae, qui absterfo peccatorum foetore reddat ipsos virtute omni fragrantissimos DEOque acceptissimos. Producam illustrandae huic rei aliquot Novi Testamenti loca. In *Actis apostolorum* (k) haec ipsius DEI verba exhibentur: *Ενχαῶ δὲ τοῦ ἁγίου Πνεύματος μετ' ἡμῶν πάντα σήματα*. Luculentior est locus *Actor. X, 38*. ubi Jesus Nazareus legitur unctus fuisse a DEO sancto Spiritu & virtute. Sic & (l) Paulus: *DEUS nos unxit, hoc est, nobis dedit suum Spiritum*. Atque (m) iterum: *DEUS largissime in nos effudit Spiritum sanctum*. Quando igitur Joannes ait, Christianos habere τὸ χάρισμα, sive eos unctos esse, nihil aliud sibi vult, quam eos esse DEO consecratos, optimisque Spiritus S. donis ornatos & cumulatos, ac spiritali robore quasi indutos, virtutum DEO gratissimarum jucundissimum spirare odorem.

§. 8.

(b) *Cap. I. 6. & V. 10.*

(i) *Vid. Judic. XIV. 6. & 19.*

(k) *Act. II. 17.*

(l) *2. Corinth. I. 21, 22.*

(m) *Tit. III. 6.*

§. 8. Cum porro addit, eos esse unctos
 δωρο τῆς ἀγίας, non sane Spiritum sanctum (quæ
 quidem *Hammondi* (n) est sententia,) intelli-
 git, (quis enim dixerit, nos Spiritum sanctum
 accepisse a Spiritu sancto?) sed ipsum Chri-
 stum, a quo Christianos accepisse unctionem,
 diserte v. 27. scribit, nostramque adeo in-
 terpretationem ponit extra omnem dubitati-
 onis aleam. Christus enim & sanctus κατ' ἐξο-
 χήν alibi locorum in sacro codice (o) voca-
 tur, & ut sic loquar, *Sanctus sanctorum* est,
 qui Spiritum sanctificationis uberrime in suos
 effusurum se esse pollicitus est. Is igitur
 Christianos unxit, suumque in eos effudit Spi-
 ritum, ut, quemadmodum ipse præcipuo me-
 rito est vocaturque ὁ χριστός, id est, *unctus*, sic
 & universi Christiani sint iidem χριστοί, ipsi-
 que, quippe uncti Christi chrismate, recte *CHRIS-
 TI* dici possint, ut *Augustini* (p) verba faciam
 mea. Concinit *Cyrillus Hierosolymitanus*, ita
 (q) Christianos affatus: *Participes ergo Christi
 effecti, merito CHRISTI, hoc est, uncti, vocami-
 ni, & DEVS dixit de vobis: Nolite tangere
 Christos meos. CHRISTI vero estis facti, postea-*

S s s 4

quam

(n) *Comment. ad Act. X. 28.*

(o) *Luc. I. 35. & Act. III. 14.*

(p) *Lib. XV II. de C. D. cap. 4. extremo.*

(q) *Producit hunc locum Alaspinaeus lib. I. obs. 25. p. 116.*

*Alia hujus generis dicta veterum exhibet Arnoldus in
 der Abbildung der ersten Christen lib. I. cap. 20.*

§. 14. & Suicerus Thes. eccl. v. χριστός.

quam Spiritum S. recepistis. Uti igitur Lutherus alicubi scripsit: Nos Christiani sumus DOMINI & in genitivo & in nominativo; sic & Christi utroque casu dici possumus.

§. 9. Si ergo simplicissima paraphrasi mens apostoli nostri declaranda est, hoc dictum is vult: Vos Christiani cognita habetis omnia ad consequendam eternam salutem necessaria, quippe Spiritum habentes sanctum, vos omnia illa (r) docentem, & quae antea ethnicis tenebris immersi ignorabatis, perspicue vobis (s) revelantem, atque adeo homines estis omnium sapientissimi.

§. 10. Unum illud hic animadvertendum superest, non tribuere Joannem nostrum hoc ipso immediatas revelationes Christianis promiscue omnibus, quem in sensum hæc verba detorquentur a quibusdam male sani capitis interpretibus, externum verbi ministerium superbe respuentibus, recteque refutatis, a Celeb. (t) Langio. Etsi enim Spiritus sancti unctio, ut Olympiodori (u) verbis utar, mentem fidelium illuminat, tamen id non facit α'μείωσ, sed ministris usus suis, quos in omnem orbem dimisit ad gentes qualvis docendas & præparandum san-

(r) Joan. XIV. 26.

(s) I. Corinth. II. 10.

(t) Comment. I. Joan. II. 27. p. 317. sqq.

(u) Comm. in Ecclesiasten cap. 9. Ceterum Olympiodorus in animo videtur habuisse illud Apoc. III. 18. Inunge oculos tuos collyrio, ut acute cernas.

sanctissimo Spiritui aditum, qui eos deinceps
 (x) gubernat, piosque motus omnes in ipso-
 rum mentibus per doctores e S. scriptura eru-
 ditis excitat, in diesque plus roboris ac gra-
 tiæ spiritualis iis impertit. Sumus certe me-
 ritoque vocamur, quotquot Christiani sumus,
 (y) Θεοδίδακτοι, at non sumus eodem modo
 διδακτοὶ Ἰσ' Θεσ', quo prophetæ & apostoli,
 sed hoc sensu, quod Spiritus S. per Ἰσ's (z)
 διδασκάλως, πρὸς τὸν καταρτισμὸν τῶν ἁγίων con-
 stitutos, & per τὰ ἱεραὶ γράμματα nos docet ac
 σοφίζει [a] εἰς σωτηρίαν.

§. II. Meridiani jam solis luce clarius est,
 scientiam Christianam, quam e sacris hauri-
 mus literis, esse veram πανσοφίαν, eamque
 cæteris disciplinis ab omnibus, qui colunt lite-
 ras, longissimo anteponendam intervallo.
 Caetera igitur studia παρέργον Christianorum
 esse oportet, hoc τὸ ἔργον. Quare sacra vo-
 lumina nocturna diurna manu versare de-
 bemus, quotquot literis navamus operam, si-
 ve theologiæ, sive jurisprudentiæ, sive medi-
 cæ artis, sive philosophiæ, sive philologiæ
 denique cultores professoresque. Quicquid
 enim est præter sacram istam disciplinam di-
 sciplinarum, vitæ hujus (quam brevis! quam
 miseræ!) terminis circumscribitur: sola illa

Sss 5

co-

(x) Rom. VIII. 14.

(y) Joân. VI. 45.

(z) Ephes. IV. 11. 12.

(a) 2. Tim. III. 15.

comitatur nos infinitum illud ævum ingres-
 ros, ac, cæteris scientiis æternæ traditis obli-
 vioni, non manet solum, verum etiam abso-
 lutissime expolitur & ad perfectionem per-
 ducitur eam, quam capit homo *ισάγγελος*.
 Nec vero Christiana illa *πανσοφία* sterilis est
 scientia & infructuosa ac veluti mortua. Imo
 lux mentis illa eadem vitæ dux est certissima.
 Scientia illa *θεόδοτος* regit ac moderatur con-
 scientiam, nec eruditos solum nos facit, sed
 etiam sanctos. Nos, inquit [b] *Cyprianus*, vir
 sanctissimus, non verbis, sed factis, sumus philo-
 sophi: nec vestitu sapientiam, sed veritate præfe-
 rimus: nos non loquimur magna, sed vivimus.
 Ipse *Joannes* noster nos admonet, præcticam esse
 Christianam eruditionem, eo ipso, quo ver-
 ba modo expensa exhibet, capite hunc scri-
 bens [c] in modum: *Πᾶς ὁ ποιῶν [FACIENS]*
δικαιοσύνης ἐξ αὐτῆς γένηται. Tribus ut ver-
 bis rem omnem comprehendam, Christiani
 ut sciunt OMNIA divinitus edocti, sic & fa-
 ciunt OMNIA divino agitati corroboratique
 Spiritu, dicentes cum [d] *Paulo*: *ΠΑΝΤΑ*
ἰσχύω ἐν κυρίῳ ἐνδυναμῆντί με χεῖρῶν.

(b) *Lib. de bono patientiæ cap. 2. p. 211.*

(c) *I. Joan. II. 29.*

(d) *Phil. IV. 13.*

THEODORI HASAEI,

De *Baptizatis Christum indutis*

ad illustrationem loci

Gal. III: 27.

EXERCITATIO.

SUMMARIUM.

Disquirendum, quo hac phrasi respexerit Apostolus.
 §. 1. Quid in variis de hac re conjecturis desiderandum. §. 2. Novae conjecturae proponuntur ex facris *Isiacis* §. 3. ex more *Sophistarum* §. 4. e ritibus *sacrificantium* §. 5. *Mithriacis* §. 6. Cur eae heic locum habere nequeant ostenditur. Scripsit hanc epistolam ad *Judacos*. §. 7. Ex eorum itaque facris illa phrasis est illustranda. An ex inauguratione Sacerdotum? Apoc. I: 5. 6. illustratur §. 8. Vestium mutatio cum lotionibus passim conjungitur §. 9. Quid in hujus phraseos explicatione attendendum sit. Respicitur ad historiam receptionis populi in foedus, quae describitur Exodi XIX. §. 10. Ibi enim occurrit (A) *lotio*; quod probatur (a) e voce *שָׂקַף*, quae Judaeis est *lavare*. §. 11. & facris scriptoribus. §. 12. uti *ἀγιαζέω* est *purgare* §. 13. (b) ex phrasi *lotionis vestium*, quae corporis baptismum inuuit §. 14. (c) ex historia *Columnae N. & I.* quae aquam spargebat in populum, quod probatur ex testimonio *Josephi*, natura *nubis*, diversis scripturae locis & phrasibus. §. 15. In primis ex I. Cor. X, 2. 3. cui nova lux adspargitur §. 16. (B) *Vestium*
 in-

indumentum. Quod probatur ex Josepho, Philone §. 17. ex loco Ezech. XVI, 8. §. 18. (C) *Indutio Christi*, cujus symbolum fuit nubes, quae ambiebat populum §. 19. Illa autem erat columna N. & I. §. 20. quae undiquaque populum ambiebat. Deut. XXXII, 10. II. §. 21. Instar *tabernaculi* §. 22. Unde venit sub simbolo *vestis*. Quod probatur (α) ex Ps. CV. 39. Es. IV, 4. quid sit חֲבֻטָה *Chuppa*. §. 23. Ex (β) phrasi, qua illi tribuuntur *Alae*. Phrasis *Umbra alarum Domini* hinc accersenda. *Alae* notant *simbrias* vestium. §. 25. De phrasi gemina. *Expandere super aliquam alas*. §. 26. De altera, qua baptizati se recipere dicebantur *sub alas Scheebinae* §. 27. Locus Ezech. XVI, 7. illustratur §. 28. Ex (γ) collatione scriptorum profanorum, nubem, instar vestis describentium §. 29. Ex (δ) aquis illis, ex nube stillantibus, populumque instar vestis cingentibus. Neque (D) haec ignorare tunc poterant Judaei §. 31. vel Christiani §. 32. Omnia autem (E) bene conveniunt cum scopo Apostoli. §. 33. 34. Lotio & vestium indutio ab antiquissimis temporibus fuere conjunctae. Sunt emendationis inorum Symbolum. Gen. XXXV. 2. §. 35.

§. I.

AD recte intelligendum Paulinum locum Gal. III: 27. ΟΣΟΙ ΓΑΡ 'ΕΙΣ ΧΡΙΣΤΟΝ 'ΕΒΑΠΤΙΣΘΕΤΕ ΧΡΙΣΤΟΝ 'ΕΝΕΔΥΣΑΣΘΕ, id faciet praecipue, si cui rei potissimum, cum ista scriberet, animum intenderit Apostolus, cognoverimus. Variis illud modis doctissimos Viros exercuit, quorum bene longum catalogum supra pag. 361. tum à celeberrimo D' OUTREINIO, cujus ibi exstans dissertatio huic

huic disquisitioni ansam praebuit, tum à me contextum vide. Cogitationes illorum ad tres fere classes referri posse deprehendo. *Prima* est illorum, qui isthaec ex ritibus illustranda conjiciunt GENTILIUM inter quos vel religionis causa, vel triumphum acturi, vel juraturi Deorum suorum vestes induebant. Altera CHRISTIANORUM heic ritus baptismales respici autumat, quibus sacro lavacro tinctos candido amicro vestimento solebant. Tertia denique de JUDAEIS cogitat, solennemq; Pontificis maximi inaugurationem quae sub templo secundo sacerdotalium vestium induitione, quam Judaei vocabant מְרוּבָה בְּגָדִים, *multiplicationem vestium*, absoluebatur, innui existimat.

§. 2. Habent illarum opinionum singulae aliquid incommodi. Vel enim de ejusmodi loquuntur ritibus, qui illis, ad quos scribebat Apostolus, *Judaeis* nempe, vix erant cogniti, vel qui tum nondum usu erant recepti, quo pertinet, quod de candidae vestis in baptismo Christianorum usu adducitur, vel omnis analogia, ad unicam duntaxat rem v. gr. *vestiariam*, refertur, cum saltim aliquid heic debeat afferri, quod simul alicujus lotionis pariter & *vestitus* indicium habeat, vel denique nulla Paullini scopi, totiusque sermonis συναφειας habetur ratio.

§. 3. Quando olim de hac re mecum meditabar, in mentem venit sollemnis ad sacra
 Ili.

Ifidis inaugurationis, quae & lotionem fiebat,
 & induitione. Docet id Apulejus Metam. L. XI.
 Jamque tempore id postulante, stipatum me religio-
 sa cohorte deducit ad PROXIMAS BALNEAS,
 & prius sueto LAVACRO traditum PURISSIME
 CIRCUM RORANS ABLUIT, rursusque ad
 templum reductum ante ipsa Deae vestigia constituit.
 Vides baptismum, sed & nota vestitum sin-
 gularem. Ita enim deinceps pergit. Tunc
 semotis procul profanis omnibus LINTEO undique
 CONTECTUM amicimine, arrepta manu sacerdos
 deducit ad ipsius sacrarii penetralia. -- -- perfectis
 solemnibus, processu DUODECIM SACRATUS
 STOLIS habitu quidem religioso satis, sed effari de
 eo nullo vinculo prohibeor. Namque in ipso aedis
 sacrae meditullio, ante Deae simulacrum constitu-
 tum tribunal ligneum jussus, superstiti, byssina qui-
 dem, sed florida depicta VESTE CONSPICUUS.
 Et humeris dependebat pone tergum talorum tenuis
 pretiosa Chlamyda, quaqua tamen viseres, colore
 vario circumnotatis insignibus animalibus, hinc
 Dracones Indici, inde gryphes Hyperborei, quos in
 speciem pinnatae alitis, generat mundus alter ---
 hanc Olympiacam STOLAM sacri nuncupant--
 sic ad instar solis exornato, & in vicem simulacri
 constituto in adspectum populus errabat. Notari
 posteriora haec verba velim. Deprehendis
 enim haec aliquem non lotum solum, & indu-
 tum, sed & habitu indutum idoli, nempe solis.

§. 4. Cogitavi quoque aliquando de vete-
 rum Sophistarum more, qui adolescentem in
 suam

suam societatem recepturi solenni illum pompa ad *balneum* publicum deducebant, deinde autem *veste* quadam singulari ac pallio donabant quod gestare nemini integrum erat, nisi cui illud a sophistis singulari privilegio permiffum esset. Id quod dicebatur *δεχεσθαι την τριβωναν*, vel ut alii legunt *εξουσιαν* vel *λαμβανειν τον τριβωνα*. Quod quibus contigisset illi legitimi, & *εγγεγραμμενοι*, illorumque mysteriis initiati esse credebantur. De quo ritu vide inprimis quae Ludovicus CRESOLLIUS in Theatro Rhetorum ex Photio, Gregorio Nazianzeno, Eunapio, Aristophane atque aliis adnotavit L. III. c. 6.

§. 5. Obversati quoque animo meo sunt mores ethnicorum, qui ad rem sacram faciendam vix accedebant, nisi & bene loti aqua, & splendidis simul *amicti vestibus*. Herodotus de Aegyptiorum id narrat Sacerdotibus L. II. c. 37. *quintio quoque die non solum corpus radebant, ne, quando sacris operabantur, vel pediculus aliquis, aut alia sordes adhaeresceret, sed & tantum lineam VESTEM GEREBANT, calceosque papyraceos, quotidie autem FRIGIDA LAVABANTUR bis singulis diebus, & totidem vicibus noctu.* De eorundem Regibus refert Diodorus Siculus L. I. Bibl. Hist. p. m. 63. quod ubi primo mane literas missas accepisset, *επειτα ΛΟΥΣΑΜΕΝΟΣ ην τοις της αρχης συσημοις μετ' ΕΣΘΗΤΟΣ λαμπρας κοσμησας, το σωμα postquam se deinde LAVASSET, & insignibus imperii ut & VESTE alba*

ba ornavisset, corpus sacrificatum DIS processerit.
Confer quoque Porph. de abstinentia L. IV.
s. 7. Telemachi matri ita filius acclamat apud
Homerum vs. 48.

ὕδρηναμένη καθαρεῖ χροὶ εἶμαθ' ἔλθοι
Εὐχεο πασι θεοῖσι.

*Abluta, puris vestibus sumtis
Vota fac omnibus DIS.*

Tibullus L. II. El. I: vs. 13. id innuit

*Casta placent superis, PURA cum VESTE ve-
nite*

Et MANIBUS PURIS sumite fontis aquam,
quem versum explicat Servius ad Aen. L.
XIV. vs. 169.

-- *Puraque in veste Sacerdos,*

ubi *Impolluta*, inquit, Ἔ *pura dicitur vestis, qua
festis diebus, uti consueverant sacra celebraturi.
Ideo magistratus Ἔ sacrificaturi togam praetextam
habent, Ἔ manus ablutas detergere lineis mantili-
bus curant.* Euripides in *Alceste* vs. 157. sqq.

-- ὕδασι ποταμίοις λευκὸν χροῶ
Ἐλθοῦν' ἐκ δ' ἔλθοι κεδρινῶν δομῶν
Ἐοθητὰ κοσμον τ' εὐπρεπῶς ἤσκησάτο.

-- *fluviali aqua candidum corpus
Lavit, Ἔ accipiens ex cedrinis arcis
Vestem, Ἔ ornamenta decore se ornavit.*

Sed haec in re nota, quam omnes fere, qui de veterum lotionibus & sacrificiis scripserunt, notarunt, plus satis. Sicut apud Judaeos quoque rem sacram facturos & vestium, & purgationis rationem accurate habitam fuisse, ostendi posset, si id ageretur.

§. 6. Sed & in eam cogitationem nonnunquam incidi, MITHRIACA sacra, in quibus prorsus aliquid geminum occurrit, huic locutioni potuisse occasionem praebere. Qui enim iis erant initiandi, solebant baptizari, juxta & indui vestibus. Audiamus modo Tertull. de praescr. c. 40. TINGIT ET ipse Diabolus quosdam, utique credentes & fideles suos expositionem delictorum de LAVACRO repromittit, & sic adhuc initiat, Mithra signat illic in frontibus milites suos celebrat panis oblationem, & IMAGINEM RESURRECTIONIS inducit; Rectius quidam codices legunt, induit, atque ita haec verba, nisi valde fallor, innuerent ejusmodi ritus in sacris Mithriacis adhibitos, quales in usu erant Christianis eâ tempestate, mer- sionem scilicet in aqua, exutionem (a) vestium, purarumque inductionem, quibus nimirum imago resurrectionis populo ob oculos ponebatur. Baptismi idem meminit in libro de bapt. c. 5. Nam & sacris quibusdam per LAVACRUM initiantur Isidis alicujus, aut MITHRAE,
 Class. IV. Fasc. VI. Ttt ipsos

(a) Utendum nobis erit his vocibus, cum commo- diores non occurrant, quamvis Latinas aures minus esse aduetas sciamus.

ipſos etiam Deos ſuos lavationibus efferunt. In iis-
dem autem ſacris Mithriacis ſacerdotes veſtes
certorum animalium ſimulacris depictas & fi-
guratas quales deſcripſiſſe modo Apulejum au-
divimus, gerebant, unde videntur Coracica,
Leontica, & Gryphica vocata, quod ſub fi-
guris illorum animalium corvorum, leonum
Gryphum tradebantur. De quo ritu Phil. à
Turre, Forojulienſis de *Mithra* diſſ. c. V. ejus
monumentis veteris Antii Romae primo hu-
jus ſaeculi anno editis adjectam conſule.

§. 7. Cum itaque in gentium ſacris ad quae
alias frequens eſt Apoſtolici ſermonis alluſio,
& lotiones, & veſtium ſolennes ἐνδύσεις comme-
morentur, quibus Deorum ſuorum miniſte-
rio conſecrabantur, putavi quondam hanc
Paulinam phraſin hinc illuſtrari poſſe luce,
ſed accuratius ſubductis rationibus deprehen-
di non in eo ſubſiſtendum eſſe. Ut enim
nunc alias rationes praeteream, Apoſtolus
ſcribit ad Judaeos, quibus illa gentilium ſa-
cra, ad quae ἀμνητοῖς vix aliquis accessus
concedebatur, aut prorsus non, aut parum
ſane perſpecta atque explorata erant. Ad il-
los autem dirigi ſermonem & totus epiſtolae
contextus, ſcopusque, quem ſibi Apoſtolus
in illa praefixerat, demonſtrare nimirum, non
amplius legi ceremoniali locum eſſe, com-
probant. Et ne longius abeamus, cum in
commatibus quae noſtrum locum praecedunt,
eos, ad quos ſcribit, ſe adjungat, eosque di-
cit

cit conclusos fuisse sub lege , & conclusos ad futu-
ram diem , quae erat revelanda vs. 23. iisque le-
gem fuisse paedagogum ad Christum, vs. 24. immo
fuisse sub paedagogo vs. 25. cum porro deinceps
sequenti capite de iis testetur fuisse ὑπο ἐπιτρο-
πης καὶ οἰκονομους ἀχρη της προθεσμιας τῶ πατρῶ ,
καὶ νηπιος ὑπο τῶ σοιχεια τῶ κοσμου δεδλωμενως, Ec-
quis non animadvertit Judaeis haec dici , at-
que phrasibus Paulinis ad ea alludi , quae illi
ignorare omnium poterant minime ?

§. 8. Id cum perpenderem, Judaeorum con-
siderare sacra coepi , & quid ex illis huc fa-
ciat, circumspexi. Occurrebant illico illorum
Sacerdotes , qui suo initiari muneri non pote-
rant sine LOTIONE, ex diserto Dei mandato ,
quod exstat Ex. XXIX: 4. Notanda
sunt Josephi verba Ant. Jud. L. III. c. 9. qui
scribit Mosen *maētatis animalibus adpersisse eo-
rum sanguine Aaronem, ejusque filios eorumque ve-
stes* & *purgavisse aquis fontium*, ἰνα τοῦ θεοῦ
γίγνωιντο ut fierent Dei, sc. sacerdotes , ad-
ditque *septem diebus eo modo illos* & *vestes illo-
rum curavisse*. Vulgatum porro est lotioni
illi accessisse singularem VESTIUM ornatum
qui describitur Ex. XXV: 40-43. quem per-
tinuisse ad inaugurationem ex sequentis capi-
tis commatibus 8.9. discimus. Inprimis ex col-
latione Ex. XL: 12. 13. 14. 15. quem vide. Phi-
lo Judaeus inaugurationem sacerdotum a
Mose factam describens in libro de ejus vita
tertio ; λέει inquit , το πρώτον αὐτως ὕδατι πηγῆς

τῷ καθάρωσι καὶ ζῶπρωσῶ. Κατεῖτα τῆς
 ἱερέως ἀναδιδῶσιν ἐσθῆτας. Primum **ABLUIT** eos
 aqua fontis purissimi, limpidissimique, deinde au-
 tem sacras iis induit **VESTES**. Testantur quo-
 que Judaei, inaugurandum sacerdotio octo vestium
 species induisse, deinde exuisse, rursus ut altero die
 rursus indueret, eamque induitionem per septiduum
 continuasse, ut patet ex Maimonide de appar.
 templ. c. 4. Immo sacerdotes quotidie, cum
 sacris operaturi ingrederentur tabernaculum
 se lavisse, idque stante tabernaculo non so-
 lum manus pedesque, sed & erecto templo
 totum corpus (quam ablutionem vocabant
 הַנּוּף כּל הַבִּילָה) constans est Judæorum tra-
 ditio. Praeterea in illis circumstantiis augu-
 stis illis vestibus amicti erant ex lege illa,
 quam Deus dedit sub comminatione poenae
 mortis Ex. XXVIII: 43. quas deinde rursus
 deponebant, singulari cistae, quarum in san-
 ctuario erant **XCVI**. includendas; Neque
 enim illis uti, extra cultum divinum inte-
 grum erat, quod vel ex Ezech. XLIV: 19.
 constat. Paulus itaque sermonem suum di-
 rigens ad Novi foederis fideles, qui toties Sa-
 cerdotes vocantur, & βασιλειον ἱερατευμα, eis
 videri posset illud nunc in memoriam revo-
 care voluisse, cum & baptizatos & indutos esse
 scribit, quemadmodum hos quoque ritus respi-
 ciens D. Johannes in Apocalypsi I: 5.6. Cum
 dixisset **ABLUTOS** esse sanguine Christi a pecca-
 tis,

tis, uno halitu addit factos esse Reges & SACERDOTES.

§. 9. Sed & alias frequenter mutatio vestium cum purificationibus conjungebatur. Qui mundatus erat à lepra, illi omnes vestes erant abluendae, & ipse aqua toto corpore lavandus, ut discimus ex Lev. XIV: 8. 9. Id pariter injungitur diversis personis, quarum partes erant in combustione vaccae rufae, v. gr. illi cujus erat lignum cedrinum, hyssopum & lanam coccineam in icere vaccae, quae comburebatur, & illi, cui illa combustio erat demandata, & qui cineres vaccae colligebat, & cujus erat adspargere impurum, non minus, ac illi, qui adspersionis aqua tangebatur, his, inquam, omnibus ablutio corporis juxta & vestium mundatio erat demandata, quod Numerorum Caput decimum nonum nos docet. Occurrit praeterea illa phrasis passim יכבס בגריו & lavabit vestimenta sua, ut videre est Lev. XI: 25. 28. 40. XIV: 47. XV: 5. 6. 7. XVI: 26. 28. XVII: 15. XXII: 6. Num. VIII: 7. 21. XXXI: 24. Jam vero est pervulgata magistrorum Judaicorum opinio, illa phrasi notabilem non solum vestium exutionem, purificationem, atque induitionem, sed & eam totius corporis mundationem quae aqua fiebat, idque summa cum cura, significari. Apostolum itaque iis, qui Christo nomen dederant, excitaturum memoriam mutationis status, qua se à sordibus peccati, & mortuis operibus

bus Christi sanguine & spiritu esse purgatos, debebant declarare, diceres his uti locutionibus, quae mutuatae erant ab illis ritibus, quibus haec olim V. T. fidelium animis representata fuerunt.

§. 10. Ut tamen dicam, quod res est, non haec animo meo satisfaciunt. Si enim verba Pauli in plena collocare velis luce, tale aliquid afferendum est, in quo (A) vestigia appareant non solum alicujus *baptismi* sive lotionis, sed & ejusmodi, quam comitabatur [B] vestium *induitio* & quidem [C] talis, in qua Christus ipse, tanquam vestis indui dici poterat, cujus [D] etiam memoria illa tempestate, qua scribebat Paulus, nondum erat oblitterata, neque apud Judaeos, neque apud Christianos, sed vulgari quodam ritu saepius renovabatur, cui denique, [E] cum scopo Apostoli, bene conveniat. Haec autem omnia, nisi fallor animi, occurrunt, in illustri illa populi Judaici in numerum foederatorum Dei aggregatione, quam tertio, postquam ex Aegypto exiverant, mense in deserto propter montem Sinai factam esse, Exodi cap. XIX. commemoratur, ritibusque illis, qui ex ea primum ad Judaeos, atque ab his deinceps ad Christianos derivati sunt.

§. 11. Occurrit ibi [A] *Lotio* dum Deus jubet eos *sanctificari*, Ita enim praecipit Mosi. וקדשתם היום ומהר לך אל העם I ad populum, & sanctifica eos hodie & cras, vl. 10. & id fa-

factum est; Descendit enim Moses de monte ad
 populum, & SANCTIFICAVIT populum, & ablu-
 erunt vestimenta sua v. 5. 14. Verbo illo
 וקדשתם innui ablutionem docet Abenefra ad
 illum locum; וטעם וקדשתם שירחצו במים
 Et sensus est; sanctificabis eos, ut lavent se aquis.
 Abarbanel ad eundem locum, נכלל בקדושה
 ההיא מה שפירש מר' עה אל הנשו אל האשה
 ורחיצת הנופים ואפשר שאמר וקדשתם היום
 ומחר על הרחיצה שירחצו ויזכו בימים
 ההם כי זה יקרא קדוש כמו שאמר קדוש
 ידים ורגלים: In consecratione hac compre-
 henditur id quod exposuit Moses, Doctor
 noster p. m. verbis v. 15. ne accedatis ad uxorem;
 item LOTIO CORPORUM. -- --

Quin & nil obstat, quo minus dixerit & conse-
 crabis eos hodie & cras de ABLUTIONE, ut
 abluant se ac purgent istis diebus. Hoc enim voca-
 tur CONSECRATIO quemadmodum consecratio
 manuum atque pedum. Imo vulgata est haec
 Judaeorum sententia, uti vox קדש in istis
 circumstantiis occurrit, semper innui lustrati-
 onem; Vide Maimon. hilc. Biath Hammik-
 dasch c. 5. Cod. Joma c. III. sect. 2. 3. 4. 6. 10.
 Jom Hakkippurim c. II. §. 2. Thorath coha-
 nim ad Lev. XVI. f. 41. col. 4. Alias טבילה &
 וקדוש ita distinguunt, ut illa notet totalem
 immersionem, haec autem tantum ablutionem
 manuum ac pedum, de qua re vide She-
 ringamii notas ad citata Jomæ loca c. III.
 §. 3.

§. 12. Sanctificare autem idem fere esse ac
 abluere a sordibus ex stilo s. scripturae patebit,
 in qua קדש & טהר conjunguntur. Ita Lev.
 XVI: 16. Et adasperget super illud [altare] ex san-
 guine digito suo septies, וטהרו וקדשו & purifica-
 bit & SANCTIFICABIT de immunditie filiorum
 Israelis. Ita Es. LXVI: 17. fit mentio, τῶν
 ἁγιασάντων ἑαυτοὺς ἁγιάσαντες ἑαυτοὺς
 sanctificantium se & purifi-
 cantium ad hortos Ita Ex. XXIX. vs. 1. coll. cum
 vs. 4. קדש & במים קדשו inter se permutantur.
 Vide quoque Ex. XL: 12. 13. Ita quando
 Bathseba 2. Sam. XI: 4. dicitur מתקדשת,
 מטומאתה id recte plurimi interpretum expli-
 cant de lotione ab immunditia, quae per con-
 cubitum contracta erat, quasi Persii phrasi
 Sat. II: 16. dicere velles purgatam flumine no-
 tis.

§. 13. Simili ratione in N. T. ἁγιάζειν sumi-
 tur pro καθαρῶσαι. Ita Paulus ait 2. Cor. VII:
 1. Cum itaque tales habeamus promissiones,
 ΚΑΘΑΡΙΖΟΜΕΝ ἑαυτοὺς ἀπὸ παντὸς κηλίου
 καὶ σαρκὸς καὶ σαρκῶς καὶ σαρκῶς καὶ σαρκῶς
 & spiritus, ἐπιτελούντες ἁγιωσύνην ἐν φόβῳ
 Θεοῦ. Ita Eph. V: 26. cum dictum esset Chri-
 stum ecclesiam suam ἁγιάζειν, quomodo id
 fiat, porro explicat καθαρῶσαι ἡμᾶς ἡ
 ὕδατος ἐν ῥηματι. Et cum Apostolus 1. Cor. VI:
 11. dixerat ἀπελυσθε immediate addit ἁγια-
 σθητε. Atque inde lucem accipit locus ad
 Tit. III, 5. quando ibi mentio fit τῆς
 πάλιν γενέσεως. Inde ἁγίῳ quoque notat κα-
 θαρῶσαι. Hesychius. ἁγίοι οἱ καθαρῶσαι καὶ σεβασ-
 σμιοί.

σμιου. Et LXX. pro טהור purus ponunt
 אג. Lev. X, 14. Etymologici magni scriptor
 אג. explicat non solum ε'υατ, πμ, ε'υ-
 σεβης, sed & καθαρ. Et si κοινον, quod re-
 spondet Ebraico חול, idem est ac άυπτον,
 quod discimus ex Marc. VII, 1. sequitur ex
 natura oppositorum άγιον, & קדש notare το
 υπτονμενον, quod lotum est.

§. 14. Quod si tamen in foederis illa sancti-
 one talem lotionem habuisse locum non pu-
 tas posse colligi ex voce קדש, sequitur tamen
 illud ex altera phrasi, cum additur lavandas
 esse illorum vestes. יכבשו שמלותם, & lavent
 vestimenta sua. Illa autem totam corporis im-
 mersionem lotionemque significari modo §.
 9. monitum a nobis est. Atque hoc ex col-
 latione Lev. XV: 10. 11. 21. 22. 27. ubi vestimen-
 torum lotio cum corporis ablutione conjun-
 gitur, constare arbitror. Saltem id visum Ju-
 daeorum Magistris. Docet id disertus Mai-
 monidis canon in Hilc. Mikvaoth. c. 1. §. 2.
 כל מקום שנאמר בתורה רחיצת בשו וכיבוס
 בגדים בן הטומאה אינו אלא טבילת כל
 הנוף: Quoties cunque in lege injungitur mundatio
 carnis & LOTIO VESTIUM, ab immunditie,
 toties nihil aliud innuitur, quam BAPTISMUS to-
 tius CORPORIS. Adjungamus ei Bechai in
 legem fol. 87. c. 2. מכבוס הבגדים למדנו
 טבילת הנפש וכן דרשו רז"ל במכילתא אין
 Lotione לך כבוש בגדים שלא יהא טעוך טבילה:
 ne vestium discimus baptismum corporis. Et hic

exposuerunt Magistri nostri b. m. in Mechilta, nunquam lotio vestium tibi injungitur sine obligatione ad baptismum. Vide praeterea Codicem Jevamoth f. 46. Maim. hil. Issure bia c. 13. §. 13. R. Mosen Mikkozi pr. neg. num. 115. aliosque citatos à Cl. Danzio in Diff. de bapt. prof. §. 30. & Seldeno de Syn. Vet. Ebr. L. I. c. 3.

§. 15. Quod si tamen ne ita quidem te induxero ut credas tum baptizatos fuisse Judaeos, puto tamen te mihi adstipulaturum, quando memineris Columnae, illustris illius Israelitarum, qui in deserto palabantur, comitis ac Ducis. Illa cum, ut mox videbitur, populum ab omni latere tegetet & cingeret, rore eum liquido jugiter adspergebat. Testatur id de illa Josephus Ant. Jud. L. III. c. 8. §. 5. *Ἡ δὲ αἰὲρ ἀπ' αὐτῆς δροσίζετο*; Quamvis enim non desint, qui de fide hujus scriptoris dubitent, quod nihil de ea re divinus scriptor tradiderit, non video tamen satis idoneas iis esse dubitandi causas. Erat enim nubes; nubes autem cum tota aquosa sit, non potest non stillare. Saltim Judaei, tantum inde emanasse aquarum scribunt, ut maculatae in deserto vestes iis fuerint purae candidaeque factae. Vide Jalkut Ps. XXIII: 98. col. 2. Midrash Tillim Ps. 23. Et multa sunt sacrarum literarum loca, quae id videntur innuere. Non loquar de Baptismo spiritus & ignis, qua phrasi huc respici. Matth. III: 11. nonnulli suspicati sunt. Neque id inepte; praec.

praecipue si conferatur locus Es. IV: in quo toto capite cum omnes phrasas hanc columnam respiciant, ita & illa, quae commate quarto occurrit, & de *baptismo*, quo filia Zionis esset abluenda, & de *igne* suscitando huc referenda est. Nec adducam, quam elegans tum inde exsurgat emblemata & spiritus & doctrinae Christi, quae sub Symbolo roris pluviaeque proponuntur. Deut. XXXII: 1. Ps. LXXII: 6. CX: 3. Es. LV; 10. 11. atque alibi. Inspiciamus modo Ps. LXVIII: 8. 9. 10. ubi dicitur, *cum Deus egrederetur coram populo suo, cum incederet per desertum* (incessit autem in deserto ante populum suum in Columna illa, suae praesentiae visibili symbolo) *tum tremuisse terram, & coelos STILLAVISSE a facie ejus, tremuisse Sinai a facie ejus, Pluviam copiosam effudisse super haereditatem suam, & fatigatam confirmasse.* Cum autem in his versibus respiciatur praecipue panegyris illa populi ad radices montis Sinai, cum legem suam promulgaturus esset Dominus, tum quidem temporis sigillatim inde patet factum esse, ut, si huc verba (a) Poetae transferre liceat,

- κρανοθεν σκοπεν νεφου αμφιλαυφη
 χρωτα δε μυδαλεον θειη, κατα θ' ειματα δευσι.

*Coelitus tenebrosa nubes circumtegeret,
 Corpus madefaceret, vestesque humectaret.*

Säl-

(a) Hesiodi in *εργοις* vs. 555. 556.

Saltim illas nubes, quae in datione legis videbantur, aquarum fuisse foetas ex Pl. XVIII: 12. colligimus.

§. 16. Omnem autem dubitationem tollit Apostolus 1 Cor. X: 2. 3. ubi dicit Judaeorum patres fuisse sub nube, atque omnes transisse per mare, & omnes in Mosen esse baptizatos & in nube, & in mari. Non opus est, ut cum Viris quibusdam insignibus à sensu literali abeamus nimium, & per θαλασσαν conceptaculum aquarum intelligamus, illosque statuamus dici in nube & mari baptizatos, qui aquis pluviarum fluminumque maritimis imbuti essent, aut aliquam ταυτολογίαν heic admittamus, & Apostoli sermonem ad Baptismum illum initiationis, de quo dictum est, referamus unicè. Quin? Oratio Apostoli sine istis procedit egregie, si recte capiamus. Ostensurus enim Patres V. T. eorundem sacramentorum fuisse participes, quibus fideles N. foederis gaudent, revocat iis in memoriam duo illa beneficia, quibus transeuntes rubrum mare, & tecti columnâ nubis, fuerant maectati. ου θελω υμας αγνοειν, Αδελφοι, οτι οι πατερες ημων υπο την νεφελην ησαν, cum videlicet Nubes illa in toto itinere, praecipue autem ad montem Sinai, eos tegeret atque obumbraret, ησιν παντες δια της θαλασσης διεληθον. Ut autem agnoscerent, hoc beneficium, non esse exiguum, imo idem esse cum illo, quo gloriabantur Christiani, asserit tum esse baptizatos, & quidem bis: εβαπτι-

ππουνο και εν τη νεφελη και εν τη θαλασση. Nota
 bis repeti & copulam και, & articulum τη,
 quod sine emphasi non factum est. ET in
 nube, ait, cum, videlicet, adaspergerentur (βα-
 πτιζειν enim est quoque adspargere) guttis,
 quae desuper e nube illa decidebant, immo
 rorulenta illa nube undique cincti ac quasi
 involuti essent.

Sed ET IN MARI, cum illud transeuntes
 medium ab utroque latere ejus fluctibus non
 solum circumdati, sed & ab illis in summam
 altitudinem erectis quasi cooperti essent, Et
 sic βαπτίζειν venit, ut alias saepe, (b) notione,
 cingendi, obruendi, involvendi. Quidquid hujus
 rei est, tametsi hunc locum non ad baptismum
 illum initiationis, qui Exodi capite XIX. de-
 scribitur, velis referre, affatim tamen docet
 Israelitas, cum desertum ingressi essent, &
 praecipue prope Sinai montem haerent,
 baptizatos fuisse, idque columnâ illa nubis. I.
 Q. E. D.

§. 17. Illi autem baptismo adjuncta erat
 (B) memorabilis vestium ενδυσις. Vel ipsa
 vestium lotio illam complectitur. Ut enim
 hae lavarentur, debuerunt exui, & deinceps
 rursus solemni ritu indui, quo non nisi puris,
 mundatisque vestibus coram Domino appa-
 rerent legem suam daturus. Talmudistae se-
 xa-

(b) Confer sis celeberrimi Wittenbergensium Theo-
 logi; WERNSDORFII de baptisimi Christianorum
 origine mere divina Dissert. p. 17.

xaginta Angelorum myriades Israelitis tum e baptismo assurgentibus & obedientiam stipulantibus vestes contulisse scribunt, finguntque. Vide Tanchuma f. 42. c. 4. circa finem. Echa Rabbathi citatum in Jalkut, & Abarben. ad Ezech. XVI: 10. Saltem Israelitas eximiis tum nitidisque amictos fuisse vestibus, vulgarem ac vetustam fuisse inter Judaeos traditionem ex verbis colligo Josephi, qui A. J. L. III. c. 4. eos, dum reditum Mosis e monte praestolarentur, & *victu sumtuosiore usos, & vestitu splendidiorē una cum uxore ac liberis exornatos fuisse, memoriae prodidit.* Ut & Philonis Judaei, qui ita in libro *περι των δεκα λογιων* p. m. 750. populum audientem legem describit. *Adstabat populus purus a congressibus mulierum, & omnibus voluptatibus abstinens praeter cibos necessarios, λυττοις τε καὶ περιρρανθηλοις καθημεν & εν τελων ημερων, ε'πι καὶ τας ε'δητας αποπλυναμεν & εν ποισ μαλιστα λευχιμων,* ex quibus vides non solum per triduum fuisse LOTOS, sed & nitidissimis amictos fuisse VESTIBUS.

§. 18. Atque haec non parum puto confirmari posse ipsis verbis DOMINI apud Ezechielem capite XVI: ubi populo Israelitico verbis gravissimis immemorem beneficiorum animum, exprobrans, post descriptionem emphaticam miserimi illius status, in quo in Aegypto, eos invenerat, foedus cum illis pactum iis ob oculos ponit, quod sub symbolo ad-

adumbrat foederis connubialis. Ibi autem id
 iis potissimum objicit a se, cum impuri essent,
 esse LOTOS *vs. 9. Et lavi te aquis & munda-*
vi, vs. 9. & cum nudi essent, VESTITOS, &
vestivi te vestibus discoloribus, vs. 10. 11. 12.
13. & quae sequuntur. Quibus quidem phra-
sibus quemadmodum non abnuo spiritualia
designari beneficia spiritualem Israellem con-
cernentia, ita quoque nollem abnui, propri-
am vocum significationem non esse abjicien-
dam, nihilque hic commemorari, quod non
locum habuerit circa Israellem veterem sensu
proprio & literali simulque typus fuerit spiri-
tualis alicujus beneficii, quod in fideles N. T.
erat redundaturum. Ita vidimus illum lotum
fuisse; Vidimus quoque splendidis exorna-
tum fuisse vestibus, cum Deus cum eo vellet
icere foedus. Utrumque illi Dominus per
prophetam objicit. Sed & tertium adjungit.
vs. 8. Et expandi super te alam meam, id quod
pariter juxta literam locum habuit circa Israe-
lem veterem ad radices montis Sinai stantem.
 Atque hoc nunc paucis ostendendum est,
 praesertim cum ita simul quoque dispalescet,
 qua ratione Paulus fideles non solum, ut *in-*
dutos sed & Christo indutos consideret, id quod
 tertio (C) loco a nobis ostendendum erat.

§. 19. Dominus itaque daturus legem sub
densae nubis imagine apparere voluit. Id pro-
 miserat Mosi Ex. XIX: 9. Atque id fecit, ut
 ex inciso constat. 16. ita quidem, ut totus mons
 cir-

cinctus esset fumo, tanquam qui descende-
 ret è fornace vs. 18. *Et ejus ignis arderet ad coe-
 lum, & tenebris caligine & nube sive ut Paulina
 phrasi utar ad Ebr. XII: 18. γνοφω, καὶ σκοτία καὶ
 θυελλή. omnia essent operata Deut. IV: 11. & ipse
 in monte ex igne, & NUBE & tenebris cum
 populo loqueretur Deut. V: 22. Certe, qui
 omnia loca, quae illam apparitionem Dei in
 monte Sinai memorant, consideraverit atten-
 tius, deprehendent in illa visas quidam fuisse
 lucidas flammās tendentes ad sidera, mican-
 tesque coruscationes sed ex atra nube spisso-
 que fumo prorumpentes, quae totum mon-
 tem longe lateque cingerent, ita ut & mons,
 & totus populus illa videretur nube eo oper-
 tus esse. Audiamus Josephum Ant. Jud. L.
 III. c. 4. Τη τρίτη ἡμερᾶ πρὶν ἢ τὸν ἥλιον ἀνασχεῖν,
 νεφέλη ὑπερῆκε τὸ πᾶν τὸ στρατοπέδον τῶν Ἰβραίων,
 ἡ πρότερον τῆς τοῦ ἰδούλων γενομένης καὶ τοῦ χωρίου, ἃ τὰς
 σκηνὰς ἦσαν πεποιήμενοι περιεγραφε. Tertia die,
 antequam sol oriretur, nubes operuit cunctum Ebrae-
 orum exercitum, qui nunquam prius tale quid vide-
 rat, & locum, ubi tabernacula sua fixerant, cir-
 cumdedit. Imprimis illa descensus Dei in mon-
 tem descriptio magnificis verbis describitur
 Psalmo XVIII, 8-15. quibus ea, quae a nobis
 dicta sunt, egregie confirmantur.*

§. 20. Illam autem nubem, ex qua tum
 Deus locutus est, nihil fuisse aliud, quam Co-
 lumnā illam illustrem nubis & ignis, illud
 praesentiae divinae symbolum ex quo cum
 po.

populo loqui, atque oracula fundere consueverat, sed tum dilatata longius, atque ambitu suo non tabernaculum solum, & Montem, sed & totius populi Israelitici castra cingentem, atque obumbrantem, ut ipsae rei gestae circumstantiae evincunt, ita hac ratione porro conficitur. Qui ex illa nube locutus est legemque promulgavit Filius Dei fuit. Hoc apud Christianos non solum in confesso est, sed & id agnoscunt Judaei, qui *לשכינתא דיהוה* & *מימרא* Praeconem vocant, *לשכינתא דיהוה* Filius autem, dum in eremo erraret populus, ex illa columna, in qua habitabat, locutus est semper. Unde colligas, nubem illam, qua cum Deus Israelem in foedus suum adsciscere volebat, in monte Sinai usus est, non aliam fuisse, quam columnam nubis. I. Q. E. D. Atque id quoque non obscure colligitur ex Zach. IX, 14. ubi aperta est allusio ad sanctionem legis in Sinai factam, & non solum fulguris, sagittarum, soni buccinae, procellarum, quae memorantur Ex. XIX, 16 - 21. Ebr. XII, 18. 19. fit mentio, sed & apparitionis Dei, quae facta est *עליהם* supra eos. Deus itaque in nubis columna, quae supra populum extensa erat, tum apparuit.

§. 21. Neque illa solum imminebat populo superne, sed & eum, sibi quasi involutum ambiebat. Id colligere licet ex Deut. XXXII: 10. 11. *Ubi tum, cum Deus populum eum invenerat*

in terra deserti, & in vasto ejulabili solitudinis, dicitur de illo יבוננהו יסבבנהו Circumcinxit eum, & erudit eum, quam posteriorem phrasin cum plerique interpretes de datione legis intelligant, videmus haec conjungi, ac doceri, tum, cum legem promulgaret in deserto, circumcinxisse populum, id quod sequenti phrasi magis illustratur, quando additur, servasse eos instar pupillae oculorum, qui natura palpebris suis ac superciliis, tanquam munimento, tecti ac circumdati sunt. Apertam autem hic allusionem esse ad columnam illam, in qua habitabat שכ"נה quae populum duceret regeretque tota orationis συναφεια & praecipue vs. 11. & 12. abunde docent. In סדר עולם רבא cap. 5. legimus; נסעו מרפידים ובאו להן למדבר סני" ומצאו עליו כבוד Cum progressi sunt ex Raphidim & venerunt in desertum Sinai, invenerunt super se nubem gloriae.

§. 22. Neque tum solum, quando Deus legem promulgaret, sed & alias toto fere illo tempore, quo in deserto errabat, illa columna populum instar tecti obumbrabat, & instar muri cingebat. Cum enim e monte Sinai proficiscerentur Nubes supra eos erat interdiu, Num. X: 34. quod LXX. vertunt. Νεφέλη ἐγλόενε σκιαζουσα ἐπ' αὐτοῖς ἡμέρας. Hinc considerabatur, instar tabernaculi, in quo quasi versabantur. Nihil enim frequentius

Judaei commemorant, quam nubem illam
 סוכה כמין *speciem habuisse tabernaculi.* Hinc
 quando Num. XIV, 14. dicitur nubes supra
 illos stetisse, Jonathan scribit nubem מטליל
 עלויהון *tabernaculum super eos fuisse, ne ab aestu*
 & *pluvia laederentur.* Hinc Lev. XXIII, 43.
 ubi commemorantur סכות tabernacula in qui-
 bus Deus habitare Israelem fecerat, Onkelo-
 sus huc refert מטלח עננין, *tabernaculum nubium.*
 Quemadmodum Es. IV, vi. 5. ubi aperta ad
 hanc nubem est allusio, ea סכרה, tabernacu-
 lum vocatur. Circumdatos autem illa fuisse,
 id persuasum saltem erat Judaeis; Ita enim
 Zacharias in Pirke R. Eliezeris; טובב עמור
 הענן את מחנה ישראל כעיר מוקפת חומה ולא
 'וג' *Columna nubis circumambiebat castra*
Israelitarum ut murus urbem cingit. Neque potuit
hostis ad eos pervenire. Sed vero, cuicumque opus
erat baptismo, eum nubes conservabat etiam extra
castra, quae sancta erant. Atque inde patet,
non solum Israelis castra circumquaque nube
illa fuisse circumdata, sed & qui baptizabantur
extra castra, illa nube fuisse cinctos. Dicunt,
porro Judaei, quum Israelitae in deserto vagaren-
tur, septem nubes eos circumdedisse, quarum una
erat supra eos, ne sol & aestus aut imber & gran-
do eos laederet, alia infra eos, quae eos portaret,
uti nutritius infantem in sinu suo; Alia praecurre-
bat eos itinere trium dierum &c. Vide Targum
in Cant. II, 6. & Tanchuma in Par. בשלה fol.

19. c. 4. & imprimis Joh. Jacobi Crameri Theol. Isr. T. II. p. 98. sqq.

§. 23. Haec autem paulo latius à nobis ducta sunt, ut inde constet ratio, propter quam illa columna sub imagine proponatur *vestis*, quod scilicet populum ab omni parte instar vestimenti teget, cingeret, obnubere, foveret. Fit autem illud Ps. CV, 39. *Expandit NUBEM*, נִמְסָה, Ἐ ignem ad lucendum noctu. Quod recte verterunt οἱ ὁ, Διεπέτυσε Νεφέλην εἰς σκέπην. Σκέπη enim, ut omnis generis tegumentum, ita & vestem praecipue, qua corpora nostra teguntur, denotat. Ita Es. IV, 4. nubes illa dicitur חֶפֶה, Vox autem illa Chuppa ut omne genus operimenti, orta quippe à radice חָפַה quae Chaldaeis atque Arabibus notat *tegere, obtegere*, ita illud sigillatim tegmen significat, quo νεογάμοι olim inter Judaeos, cum connubio stabili jungendierant, solebant obumbrari, de quo elegans exstat dissertatio J. Benedicti Carpzovii, Theologi Lipsiensis. Sed & illa vestem denotabat, qua velabantur. R. Elias Levita in Thisbi cum vers. Fagii p. 119. אַנְחָנוּ קוֹרְאִים הַבְּנֵי שְׂפוֹרְשִׁין עַל רֹאשׁ הַחַתָּן וְהַכֹּלֶה חוּפָה:

Nos vestem illam, quam expandunt super caput sponsi & sponsae vocamus Chuppa.

Unde Judaei suum מְלִיתַת Talles, quae vestis est, qua caput obnubunt, preces dicturi, con-

fun-

fundunt eum Chuppa; Ita legimus in libro
 Judaeorum rituali, מנהגים, cujus auctor R.
 Isaac Tirna, editionis Amstaelodamensis anni
 1707 p. m. 68. a. Es thut der חתן der כלה
 das חתן ach auff dem Kopff / und das ist חופה.
 dan חפה ist teutsch bedecken. Und Ruth saget
 ach zu Boas Ruth. III: 9. der נביא (Ez. XVI, 8)
 saget ach; 'וּאִפְרָשׁ כַּנְפוֹ לְיָדַי וְיָ: Hoc itaque
 sensu quoque locum Esaiæ interpretatos fuis-
 se septuaginta, videtur, qui transtulere, καὶ
 πασὴν τὴν δόξην σκεπασθήσεται.

§. 24. Porro consideratam hanc nubem esse
 instar vestis, ex illa locutione colligimus, quæ
 illi tribuuntur alae. Fit illud Ex. XIX: 4.
 Deut. XXXII: 12. Atque hinc illuminanda
 sunt omnia illa loca, ubi occurrit phrasis, de
 Umbra alarum Domini. Vide Ps. XVII: 8.
 XXXVI: 8. LVII: 2. LXI: 5. LXIII: 8. XCI:
 4. & adde Ruth. II: 12. Mal. IV: 2. ut & libro
 quarto Esdr. I: 30. Quamquam enim nollem
 ire inficias illustrari eam posse ab avibus, ex-
 pansis alis suis pullos suos obumbrantibus, at-
 que operientibus, potissimum tamen illam
 derivandam esse censeo ab incluta hac colu-
 mna, quæ id præstabat populo, quod vo-
 lucres foetibus suis recens exclusis. Otium,
 ne id nunc latius pandam, mihi fecit cele-
 berrimus LAMPIUS, valde meus, in disserta-
 tione de βδελυγματι τῆς ἐρημώσεως, quæ ul-
 timo superioris tomi fasciculo non ultimo or-

naumento est §. 22. 23. 31. quam ut consulas,
B. L. tibi auctor sum.

§. 25. Videlicet, ut omnes rei extremi-
tates passim vocantur *alae*, ita & praecipue
vestium, quas limbos, fimbrias, Latini Grae-
ci *κεκρομεδα* vocant. Vide quae in hanc rem
citato loco §. 21. adtulit venerandus LAM-
PIUS. Adde iis autem alia loca, v. gr. Deut.
XXII. 12. ubi *ארבע כנפות* sunt quatuor pal-
lii fimbriae. 1. Sam. XV: 27. XXIV: 5. Hagg.
II: 13. Zach. VIII: 23. Sane vox Ebraica *כנף*
ala, a radice *כנף* est, etiamnum apud Arabes
usitata, quæ significat *operuit*, *cinxit*, *sevivit*
tutatus est sub alis, Unde illud *לא יכנף* in
loco vexato Es. XXX: 20. 21. Raschi explicat;
לא יתכסה ממך בכנף בנריו כלומר לא יסתר
:פניו ממך Non abscondetur ala vestium suarum à
non te, i. e. abscondet à te faciem suam.

§. 26. Atque inde explicanda est phrasis illa,
quæ occurrit Deut. xxii: 30. & xxvii: 10. ubi *גלה*
כנף discooperire *alam* alicujus, i. e. tollere
fimbriam pallii vel vestis, qua eleganter per
εὐφημισμὸν significatur consuetudo maritalis.
Sicut & altera pariter inde est illustranda,
quæ occurrit Ruth. III: 9. *extendere super aliquam*
alas suas, i. e. exteriorem vestis partem, quod
scilicet apud Judaeos sponsi vestis ora expan-
di solebat super sponsam, in hujus subjectio-
nis & maritalis tutelae symbolum. De quo ri-
tu consule in primis Cl. Outhovii nostri ad li-
brum Ruthae Commentarium, collatis iis
quae

quae habet *Delrius* in *Adag. V. T.* ad v. 171. Illam deinde caerimoniam ad Christianorum coetus quoque derivatam fuisse notat de la Cerda in *adversariis sacris* c. 168. §. 9. ubi scribit; *Illâ uti ecclesiam in benedictionibus nuptialibus, imponentem laciniam pallae super humeros Viri, eandemque super caput uxoris, ut innueret, quod ambo sint sub una eademque ala matrimonii.* Eumque ritum etiamnum obtinere vulgo *Bellarminus* in *L. de matrim.* c. 33. testatur. Unde etiam derivanda est ratio ritus illius, quem observant virginem divino cultui consecraturi, cui nimirum coram altare stanti velamen imponitur additis verbis *Pf. XLV: 11.* ut innuant, eam tum Christo connubio jungi stabili, propriamque dicari. Neque ritum illum ignoratum fuisse gentilibus ex loco patet *Euripidis* apud *Stobaeum* p. m. 440. ubi *Pater* gnatam suam nupturam ita alloquitur.

Ὅταν ὑπ' ἀνδρὸς χλαίναν εὐγενὲς πέσης
Τὰ δ' αἰὲν ἀφείναι μηχανήματ' ἀνδράσιν.

*Cum vero sub egregii viri pallium veneris
Reliqua studia viris sinito.*

Atque huc quidam referunt *Cant. II: 3.* *Joel. II: 16.* & praecipue *Ezech. XVI: 8.*

§. 27. Cum itaque *ala* sit vestis ora, atque illi columnae *alae* tribuuntur, perspicimus eam considerari tanquam *vestem*, quâ involveba-

tur populus Israeliticus. Atque inde demum intelligi potest illius locutionis ratio, qua utuntur Judaei, quando de profelytis justitiae, atque illis, qui per baptismum in numerum Israelitarum aggregabantur, ajunt, *quod se receperint sub Alis Schechinae.* גכנסו תחת כנפי השכינה: השכינה. Loca, quae id docent, ex codice Jevammoth, & Maimonidis Hilchoth אסורי ביארה citata vide tomo praecedenti p. 1041. Adde iis Maimonidem Tit. מלכים c. 8. citante Seldeno de Syn. L. I. c. 3. *Post primum concubitum, dum ipsa gentilis manebat, si vellet illa subire alas divinae Majestatis (השכינה) hoc est, dare nomen Judaismo, baptizanda statim erat, caetera.* Ut & רשי In comment. ad Gen. XII: 5. ubi verba אשר עשו עהרן שהכנישן תחת כנפי השכינה explicat, per *animas, congregatas sub alas Schechinae* i. e. Profelytos, sicut Jonathan vertit נפשתא דיניירי. Nostris temporibus eandem locutionem apud Judaeos in usu esse, patet ex epistola, quam Moses Pardo, vero nomine Conradus Vietor, (a) quem perperam M. Erasmus nominat Voetius Disp. T. II. p. 98. postquam ad Judaeos desciverat, Thessalonicâ scripsit ad Joh. Hartmannum, Medicinae Professore in Academia Marpurgensi, ad d. 23. Decembris a. 1614. Ibi enim, *feci, inquit, ad instar Ruth, quae laudatur in Bibliis, & SUB ALAS SCHA-
DAI*

(a) Mendum typographicum est, cum hic in Wolfii Bibl. Rabb. p. 886. vocatur *Victor.*

DAI per foedus circumcisionis intravi. Exhibet illam integram vir doctissimus, mihiq; amicissimus Joh. Jac. Schudtius in Comp. hist. Jud. p. 495. Videlicet, respicitur illa prima isthaec populi in foedus divinum receptio, quae describitur Ex. XIX. & XX; ubi post lotionem sollemnem columna instar vestis, super omnes expansa, sinu suo quasi involvit. Tum *subiere alas Schechinae.* Cum autem illa lotio deinceps ansam praebuit baptismo profelytorum, quoties eo religioni Judaicae nomen daturi, tangebantur, illi *sub alas ejusdem Schechinae se recipere* dicebantur.

§. 28. Atque inde lucem mutuatur locus Ezech. XVI: 8. quem jam supra §. 18. adtigimus. Monebamus ibi omnia, quae ibi adducuntur, sensu etiam proprio locum habuisse in solenni illa foederis inauguratione ad montem Sinai. Tum enim *Loti* sunt & ornati *vestibus*, sed & *ALAM* vestis suae super eos expandit Dominus, hoc est, *columnam* illam, qua tanquam pallio suos tegebat velabatque. Sed & omnes hae phrasae è ritibus desumptae sunt nuptiarum. Donationem nitidarum vestium & olim habuisse locum vulgatum est. Unde toties ecclesia venit sub symbolo sponsae nitidis a sponso suo vestibus ornatae. Vide Ps. XLV. 10. Cant. IV: 1. Es. LXI: 10. Apoc. XIX: 7. XXI: 2. & 9. coll. v. 11. sqq. Antiquissimum sane hunc ritum fuisse ex historia Eleazari Rebecca, sponsae Isaaci vestes do-

nantis Gen. XXIV: 53. colligere est. Neque ille mos etiamnum exolevit. Lotionem tum adhibitam patet vel ex Ruth. III: 3. Esth. II: 12. Superinjectionem autem vestis quoque in usu fuisse paulo ante observatum est.

§. 29. Neque mirum videri nobis debet, Nube illa Israelitas tamquam induviis amictos dici, cum illa phrasis neque sacris scriptoribus, neque *πυκνὴ ἐξω* sit insolita. Ita strepentes nubes dicuntur Dei *tegumentum* Job. XXXVI, 29, & mari posita *לבוש* *נב* *נubes*, VESTIMENTUM *ejus*, & *tenebrae*, (i. e. tenebrosæ nubes) *ejus fasciae*, c. XXXVIII, 9. Sic angelum illum quem e coelo descendentem conspiciebat D. Johannes erat *περιβλημμενὸν νεφελῆν* NUBE INDUTUS, hoc est, circumfusus Apoc. X, 1. collato Ps. XCVII, 2. Eadem ratione Ps. CIV: 3. qua Deus dicitur *ἀναβαλλόμενον φως ὡς ἱματιον*. Sic inter prophanos scriptores loquitur Virgilius Aen. I: vs. 415.

*At Venus obscuro gradientes aëre sepsit
Et multo NEBULAE circum Dea fuit AMICTU.*

& deinde vs. 520.

Dissimulant, & NUBE cava speculantur AMICTI.

Et Horatius od. L. I, 2. 31.

NUBE candentes humeros AMICTUS

Augur Apollo,

quod

quod exprimit illud Homeri Il. E. VS. 186.

-- ἀλλὰ πρὸς ἄγχι

Ἔστην Ἀθανάτων νεφέλην ἑυλυμένην ὤμων,

Quod ita vertas. Sed prope stabat

Heic humeros aliquis VESTITUS NUBE
Deorum.

Similis locutio est, quae occurrit apud Hesiodum ἐν Εργ. καὶ ἤμ. vs. 125. ubi de Dæmonibus sive bonis Angelis, dicit eos terram perambulare, Ἡερεῖ ἐσοσμενους, Aere INDUITOS. Inde D. Ambrosius à nubibus verbum nubere derivare voluit. Ita enim ille in exhort. ad Virg. Nubes sunt, Ἔσθ' graves nubes, quae nupserint. Namque a nubibus verbum nubendi tractum arbitror. Denique operiuntur, ut NUBES, CUM ACCEPERINT NIPTURAE VELAMINA.

§. 30. Sed & ex illo aquarum imbri, (γ) ex columna illa ut supra §. 15. ostensum a nobis est, stillante, hauriri potest phraseos nostrae ratio. Qui enim aquis undequaque cinguntur, illis tanquam VESTE dicuntur amiciri. Patet id ex Ps. CIV, 6. תהום כלבוש מים כסיתהו על ההרים יעמדו מים, Abyssum, tanquam VESTIMENTO, INDUIISTI, super montes stabant AQUAE. Ita Eustathius ad Il. III. v. 57. explicaturus phrasin λαῖνον ἔσσο χιτωνά, notat id dici ἀντι τῶν λιθασθενῶν, pro lapidibus obruereris, τὸν γὰρ λιθασθεντῶν, addit ὡσπερ τι μᾶλλον ἀμπεχειν τὸν τῶν λίθων σῶρον lapidatum, tanquam vestimento ab acervo lapidum ambiri, parique modo dici posse, γινῆ ἐνδυσθαί τον ταφεντῶν, καὶ ὕδωρ ἀμφισκοθαί τον γενομενον ἕλον ἐντὸς αὐτῶν,

indutum terra, qui sepultus est, & AQUAM INDUTUM, qui ea totus est immersus. Unde colligas simul Judaeos columna cinctos, ea indutos non solum posse dici, sed & ex hac observatione totam phrasedos Paulinae vim pae-
ne exhauriri, quod illa in aprico collocet, qua ratione Israel sub nube versans simul aquis ejus baptizari, & simul iis vestiri potuerit. Cum autem eadem esset symbolum praesentiae divinae, & ipsius Angeli, in quo nomen Domini erat, i. e. Filii Dei, qui in illa habitare, ex illa loqui, fundere oracula, populumque regere, ducere, tueri soleret, fatentibus ipsis Judaeis, patet quoque, quomodo ipsum Filium Dei, & Schechinam induisse dici potuerint Abrahami nepotes, & quid intenderit Apostolus, quando de lotionem, & cum illa connexa inductione, & quidem Christi loquitur, dicatque ὅτι εἰς χεῖρον ἐβαπτισθητε, χεῖρον ἐνεδύσαθε.

§. 31. Voluit autem hac locutione eo uti libentius, quod (D) quo illâ respiceret, haut facile ulli vel Judaeorum vel Christianorum isto aevo poterat esse incognitum. Neque enim illustris illius pactiois foederis in Sinai deserto factae memoria ea tempestate, qua ad Galatas scribebat Paulus, ex Ebraeorum animis deleta erat. Quin illa renovabatur toties, quoties quis e gentibus in sinum ecclesiae Judaicae recipiendus esset; Adhibebatur eam in rem מקריבן & oblatio

latio five *sacrificium*, praecipue autem טבילה, hoc est, BAPTISMUS, (a) quod hic perpetuus esset, atque universalis, cum feminae non circumciderentur, & sacrificiis post templi excidium non esset locus. Hos autem ritus, praesertim Profelytorum *baptismum*, (b) ex illis

(a) Ejusmodi baptismum etiam recentioribus temporibus inter Judaeos locum habere, quando quis ad eorum sacra, quae antea abjuraverat, revertitur, colligo ex memorabili loco, libri sententiarum Inquisitionis Tolosanae, quem Limbovchius suae Inquisitionis historiae annexum edidit. Ibi enim pag. 230. de Iohanne de Bretz, ex Judaeo ita legitur. *Postmodum vero reversus est ad Judaysnum, fuitque rejudaysatus secundum modum & ritum rejudaysationis a Judeis in talibus fieri consuetum apud Plerdam abraso capite & abscisis capitibus unguium manuum & pedum usque ad sanguinem, & facta IMMERSIONE CAPITIS IN AQUA currenti.* &c. T. d. H.

(b) Vide Seldenum de J. N. & G. L. II. c. 3. 4. de Synedr. L. I. c. 3. de success. ad leges Hebr. c. 26. Ant. van Dalen in hist. Bapt. quae ejus de Aristeia differt: annexa est p. 337. sqq. G. Eliez. Edzardi in Comm. ad Avoda sara p. 193. 194. Ioh. Ligtf. ad Matth. III: 6. & in harm. Evang. ad Luc. III, 16. Opp. T. I. p. 328. sqq. Marsh. in Can. Chron. Sec. IX. p. m. 200. Wits. Oecon. F. L. IV. c. 16. §. 3-8. Jac. Altingii disp. de *profelytis*, quae est septima heptadis septimae. Oth. Lex. Rabb. p. 65. & qui primo loco nominandus erat, P. Zornii de *Baptismo Profelytorum Judaico, Sacramento V. T.* disquis. Lipsiae 1703. Praecipue egregie haec materia excussa est a celeberrimis Viris J. A. DANZIO, & Gottl. WERNSDORFIO, Illo in Jenensi, hoe

illis profluxisse ritibus, qui in illa foederis constitutione jussu divino Exodi XIX: 10. 14. observari debuerunt, Judaeorum constans est traditio quam multi Christianorum secuti sunt. Saltem inde dimanarunt phrasae illae, quibus utebantur quando de נִרְי צִדִק Profelytis justitiae sermo esset, quos Schechina indui, & sub ejus alis requiescere, ut visum est superius, dicebant.

§. 32. Cum vero *Jesus Christus* primum novi testamenti sacramentum ordinaturus erat, eosdem illos ritus in consecratione eorum, qui suo coetui nomen daturi erant, retinere voluit, quibus Israelitae in initiatione cultus Mosaici utebantur. Erat itaque & in eorum baptismo & lotio & vestium ἐνδύσις. Quamquam enim Apostolorum aevo nondum ille viguit

hoc in Wittenbergensi Academia SS. Literarum Doctoribus. Cum enim Danzius a. 1699. dissert. de *baptismo initiationis Ebraeos inter & gentiles*, emisisset, inque ea baptismum Profelytorum Judaicum baptismum Johannis & Christi occasionem dedisse, sibi probandum sumisset, sententiam hanc Wernsdorfius a. 1708. in diss. qua *recentiores de Baptismate controversias* examinaverat, sibi sumserat refutandam. Atque ita data est Illi occasio *Antiquitatem baptismi initiationis Israelitarum vindicatam* a. 1710. conscribendi. Cui tamen hic eodem anno de *Baptismo Christianorum origine mere divina* disputationem opposuit. Neque dubito, quin hoc argumentum tractaverit Gabriel *Tovverson* in libro de *Baptismo, gentilium, Judaeorum Christianorum* Anglice a. 1688. Londini edito. T. d. H.

viguit mos, qui sequentibus saeculis invaluit, ut baptizati candida amicirentur veste, quam integra hebdomade gestabant, inde dicti, *Albati*, *Candidati*, cum tamen toto corpore immergerentur aquis, id fieri non potuit, nisi exutis rursusque indutis vestibus. Loquente itaque Apostolo de baptizatis in Christum, eoque indutis, quid sibi vellet, facile & Judaei & Christiani potuerunt intelligere.

§. 33. Videndum denique (E) restat, quomodo nunc haec omnia cum totius contextus ἀγγελία, scopoque quem sibi Apostolus praefixerat, conveniant. Nimirum ille non alius est, quam ostendere, fideles N. T. à legis Mosaicae cum maledictione, tum observatione nunc esse liberatos, neque ejus amplius, praeceptis adstringi. Inter alia argumentis utitur, quae petita sunt ex comparatione status illius, in quo Patres illorum fuerant, cum eo, in quo nunc versabantur, qui dederant nomen suum Christo. Hunc autem ab illo non parum mutatum esse, iis revocat in memoriam, atque ritum, quo novo initiati erant foederi, illi opponit quo Patres eorum sacris Mosaicis erant imbuti. *Vos, ait baptizati estis in Christum; at majores vestri baptizati fuerunt in Mosen.* Id enim de illis eadem hac phrasi affirmat idem 1. Cor. X: 2. qua non solum innuit eos ministerio Mosis esse baptizatos, sed in Mosis, tanquam *μίστῃ*, imo
 sospi-

hospitoris sui , & redemptoris ex servitute
 videlicet Aegyptiaca , communionem , esse
 receptos , ei videlicet adhaerent , illius ju-
 rarent in leges , ejus susciperent doctrinam,
 religionemque ab eo traditam profiterentur.
 Baptizati autem sunt in Mosen tum non solum,
 quando illis per maris rubri profunda eundum
 fuit, sed & potissimum in pactioe sollenni fœ-
 deris, quam & lotione corporis & inductione ve-
 stimentorum factam esse vidimus, quin & aquis
 illis , quae ex columna illa N. & J. stillabant
 ut ostensum & §. 16. *Nunc autem baptizati erant
 in Christum* , ejus doctrinae atque praeceptis
 adstipulaturi , illique, tamquam Doctori suo,
 μεσση, & liberatori adhaesuri rejectâ veteri,
 quam secuti adhuc fuerant, disciplinâ, cujus rei
 symbolum iis vestium detractio mutatioque
 fuerat, sicut olim simile prorsus significatum
 fuerat simili ritu Patribus illorum in deserto.
 Mutatam itaque nunc esse rerum faciem, ali-
 am oeconomiam, aliam nunc vitam , alios po-
 stulare mores. Qui haectenus e gentibus pro-
 felyti, in ecclesiam Judaicam cooptati erant
 per baptismum se quasi sacramento quodam
 adstrinxisse legis Mosaicae observationi. At
 qui nunc in nomine Christi baptizati erant,
 Christi institutis sacramentum dixisse. Pro-
 pterea non esse nunc locum amplius legi Mo-
 sis , quae erat *operum* , sed illâ abrogatâ su-
 scipiendam Christi legem , quae est *lex fidei*.

Id quod sibi tota fere epistolâ demonstrandum
sumserat Apostolus.

§. 34. Veluti autem in illa ad montem Si-
nai πανηγυρει Israel vetus non solum in foedus
Dei externum receptus fuit, tanquam Dei po-
pulus, & peculium, & λαο̅ περισι̅ περι
παντων των ε̅θνων, κα̅ ιερατευμα βασιλειον, sed &
veris in illo fidelibus insignia foederis gratiae
beneficia simul promittebantur, obsigna-
banturque, vel id docente Paulo citato
ex 1. Cor. X. 2. 3. loco, ita baptismus il-
le, ritusque cum illo connexi, illa etiam co-
lumnæ illustris obumbratio ac cinctura *χρ̅σιν
σημαντικην και σφραγιστικην* habuere spirituali-
um novi foederis bonorum, communionis videli-
cet cum Christo, ejusque beneficiorum, prae-
cipue sanctificationis, & justificationis, qua-
rum illa, a peccati sordibus, hâc autem a
culpa ac reatu liberamur, quarumque utra-
que toties, totiesque in sacris sub symbolo
vestium venit. Cum autem tam eximia, tamque
invidenda bona confirmata fuere Israeli ve-
teri, in foedus Dei tantum externum operâ
Mosis recepto, quid non novi foederis fide-
les, qui per baptismum nomen Christo de-
derunt, quique *τα θε̅α sunt facti δια της πισ̅ως
ε̅ν χ̅ρισ̅τω Ιη̅σ̅ου*, quem non in typo, columna il-
la illustri, ut olim Judaei in deserto, sed reapse
vi fidei, qua illi uniuntur, induerunt, sibi pol-
liceri habent salutarium beneficiorum, quibus-

que non vinculis ad accuratam ejus doctrinae ac disciplinae receptionem pristino relicto cultu adstringuntur? Sed haec diducere latius, hujus loci non est.

§. 35. Coronidis tantum loco observo ritum illum, quo illi, qui relicto pristino cultu ad alia sacra transiebant. Et aquis se mundare & vestes suas mutare solebant, non heri aut nudius tertius natum, sed longe antiquissimum, & vel ipsa illa foederis sanctione, quae in eremo facta est, antiquiorem esse. Vigiuisse enim jam tot ante saeculis, temporibus JACOBI, clarissime patere puto ex Gen. XXXV: 2. Narratur enim Patriarcham jussu Divino profecturum Sichemo Bethalem lustrasse, primo familiam suam, illique praecipisse, ut *auferrent Deos alienos, qui erant in medio illorum, & mudentur, ac mutent vestimenta sua.* Nollem quidem cum *Ligtfooto*, quem deinde alii secuti sunt, hinc accersere originem baptismi proselytorum, constat tamen ex his emendationem religionis in domo sua suscepturum Jacobum sustulisse cultum Idolorum, ut locum faceret cultui summi Numinis, id autem ut externis etiam ritibus declararent ejus domestici, voluit primum eos *mundari*, hoc est, ut *Abenefra* recte interpretatur, ablui aquis, neque enim causas esse video cur haec ad internam tantum sanctificationem cum eximiis nonnullis interpretibus

tibus referamus, deinde autem etiam ut *mutarent vestimenta sua*. Ex quo recte colligas baptismum cum vestium indutione conjunctum inter antiquissimas caerimonias numerandum esse. Neque id mirum. Habet enim ille ritus aliquid cum rei natura valde analogum, cum morum, & vitae generis mutatio sordium juxta & vestium depositione, eleganter possit adumbrari. Confer Es. I: 16. & 2. Cor. VII: 1. cum Ex. XXXIII: 5. 6. & phrasibus Paullinis Rom. XIII: 14. Eph. IV: 22. 23. 24. Col. III: 8. Ebr. XII: 1. 1. Pet. II: 1, quae inde lucem mutuuntur. Et haec haec

IV.

JACOBI HASAEI,

de

THEOPHILO ALEXAN-
DRINO

*Cui Lucas Historiam Sacram in-
scripsit,*

ad

Testimonii, quod hac de re apud ve-
terem Lexicographum Syrum reperimus,
illustrationem,

DISSERTATIONIS

ARGUMENTUM.

Proferuntur spicilegia hac dissertatione de hujus Theo-
phili (1) patria (2) Christianismo (3) origine ex
gente Judaica (4) titulo *xpalis* & honoribus. De (1)
PATRIA nihil certi erui potest. *Verosimillima* ta-
men sententia est eum fuisse ALEXANDRINUM,
haud vero Antiochenum. §. 1. Alexandria eum vin-
dicat (a) testimonium Bar Bahlul. Theophilus hic
non est Atheniensis ille apud Tacitum, titulo *xpalis*
respuente. §. 2. Idem testimonium explicatur §. 3.
doceturque illud *probabile* reddere (b) veterum in-
terpretum *persuasionem* Lucam, in Alexandria scripsis-
se Evangelium. §. 4. atque alium (c) Lucam propa-
gan-

gandæ religionis causa commoratum esse in *Aegypto* atque *Alexandria* §. 5. Ulterius hoc testimonium Syri illustratur, nec sacræ historiæ adversum esse ostenditur; dum (I) eum *Alexandriæ clarissimum* perhibet, quod illustrat titulum *καλίστος* Luc. 1, 3. quo ob *benevolentiam* salutati viri *summi*. Athenis dicti *λίμωι*. Act. V, 34. Lux. §. 6. Præterea (II) quod eum (II) **CHRISTIANUM** facit Lucæ 1, 4. haud repugnat. Phrasis *καθηγεῖσθαι*, si de *auditione* accipitur, Theophilus hæc a Luca *audivit*. §. 7. Si de *institutione & doctrina* fuit Lucæ *discipulus*. *Καθηγεῖν* pro *docere* ejus *præcipua* notio. §. 8. ratio cur Theophilum *Christianum* fuisse haud abnuamus. Tollitur obiectio. Inter *Judeos* viri *principes* se *Christo* addixerunt. §. 9. Tum (3) nec *abludit* a vero Lucam *rogatu* Theophili *consignasse* Evangelium, uti nec (4) *precibus* aliorum *Aegyptiorum* ad id operæ esse *permotum*. §. 10. Testimonium hoc Syri ab aliis viris *doctis* haud *voδειας* accusatum §. 11. ad celeb. *Heumannii* objectiones amica *responsio* §. 12. Theophilum hunc (III) fuisse *origine* gentis **JUDAEUM** conjicitur, quia (a) in *convertendis* *Judæis* olim *major* opera *insumta* (b) *ceteri* libri *sacri* & *Epistolæ* potissimum ad *Judæos* scripti, & (c) *Alexandria* abundavit olim *Judæorum* copia. (d) atque *Theophili* nomen inter *Judæos* quondam haud *ignotum* fuit. *Hebraea* nomina in *cognata* *Graeca* *mutata*. §. 13. Tollitur oppositio quod (IV) *κατῆς* **TITULUS** doceat Theophilum inter *gentes* gessisse honores *magistratus*. Et *Judæi* ubique *locorum* *proprios* habuere *Magistratus*, qui *Arabarchæ* dicti vel *Ethnarchæ*. Et talis fuit *summa* dignitate *Alexandriæ*, & *splendidissima* familia. *Philonis* nomen *Jedidja*. §. 14. Conjectura num *titulus* Theophili *κατῆς* ex *Hebræo* טובים *honorum* illustrari possit, quo ut olim ita & hodie apud *Judæos* salutantur *seniores* *Synagogæ*. Observatio hinc elucidari *titulum* ἀγαθὸς *boni* quo *Christus* exornatur in *Evangelio*. §. 15.

§. I.

DEfunctis nuperrime eo labore, quo veterum sententiæ, in *Aegyptica* urbe *Alexandria* D. *Lucam* evangelium conscripsisse, lumen inferremus, & ab anfractibus, quibus eandem circummunitam credidere plurimi, liberaremus: Disputare nunc lubet, numne & vero proximum appareat, virum illustrem THEOPHILUM ad quem Lucas hunc librum exaravit, aequè ac alterum Actorum Apostolicorum, ut videre est Evangelii Cap. I, 3. & Act. I, 1. ejusdem fuisse ALEXANDRINAE urbis incolam. Qua data porta, cum ad alia de *Theophilo* hoc commemorabilia scripto hoc notanda nos invitabit occasio; eadem opera doctissimorum mihiq̄ amicissimorum virorum laboribus, quos nuper in Fasc. III. sect. III. & IV. *Theophilo* illustrando insumserunt, aliquid accrevisse spicilegii, lector persentiscet. Adsentimur quidem celeb. *Ligtfooto* in *Horis Hebraicis* ad Luc. I: 3. p. 486. scribenti *nulla conjectura certum esse quis scias fuerit hic Theophilus.* Actum enim esse de toto hoc negotio scio, si dubitatione nulla circumseptaque quadam ancipiti cura, *certas* in hac causa tibi ἀποδείξεις ostendi velis: Neutiquam tamen animum plane dejiciendum esse aequè crederem, si, indubiis haud superstitibus, ob priscaevi & συγχρότων testimoniorum caliginem,

ver-

verosimilibus animum pascere volupe est, & conjecturis non usque quaque frigidis, aliquid dare loci cupimus. Inde quidem fateor, & per eandem conjectandi hariolandique licentiam in varias quaque versum opiniones distrahi eruditos, ut in similibus fieri solet causis: At quas harum legere licuit, partem nullo niti testimonio, sola hariolatione superstite animadvertimus, veluti quam amplexus est idem *Ligtfootus* in Harmon. IV. Evang. Sect. I. Cap. I. p. 248. Quid enim, quæso causæ est, cur eum *Antiochinum* fuisse, (a) eidem

Xxx 4

ad-

(a) Singulare aliquid est, & quod haud memini me alibi legisse, Theophilum hunc Antiochiae urbi nomen dedisse, si fides habenda Marino Sanuto, dicto *Torsello*, Patricio Veneto, qui circa a. 1321. scripsit, *Librum secretorum fidelium crucis super terrae sanctae recuperatione & conservatione*, quem edidit, & alteram *Gestorum Dei per Francos* partem constituit *Jacobus Bongarsius*. Ibi enim L. III. p. VII. c. I. de Antiochia agens ita scribit. *In ea Petrus primus Pontifex sedit. Post quem nobilis & potentissimus* (est hic explicatio vocis *κατασκευαστής*) *Vir Theophilus septimus sedit, cui Lucas Evangelista indigena & Evangelium & Actus Apostolorum scribit. Hic Theophilus civitati nomen suum dedit, ut sicut prius a prophano Rege Antiochia sic a sancto praeside THEOPHILIS vocaretur. Vides urbem Theophilis dictam à Theophilo nostro si credere fas est. Forte autem, quidquid hujus nominis est, natum ex titulo Θεοφιλεως, quem datum Antiochiae disco ex Wilhelmi, Archiepiscopi Tyrensis historia belli Sacri L. IV. c. 9. Verba ipsa adscribam, quod quae de Theophilo nostro illo ae-*

ad stipulemur ideo quia Lucae patria *Antiochia* perhibetur scriptis hi in patria libri videantur & illustri civi dedicati. Quasi plurimos N. T. extra patrios fines ab autoribus conscriptos nesciamus codices. Partem vero alteram testimonio haud carere cernimus, ut qui Pseudo-Clementis Recognitiones secuti L. X: c. 71. eundem, ejus auctoritate nixi, Lucae scriptionis locum tribuunt, *Antiochiam*, sed tot fabulis inquinatas nobis propinant historiolas, ut tædeat sane quotidianarum harum annotatiuncularum. Inter hos medius ago, Theophilum fuisse *Alexandrinum* civem, ejus urbis quæ *Aegyptum* splendide ornavit quondam, omnium verosimillimam, siquidem ul-

la
vo (vixit autem saeculo duodecimo) fuerit opinio, inde pateat. *In hac urbe, inquit ille, Apostolorum princeps pontificali primus functus est dignitate, Viro venerabili Theophilo, qui erat in eadem civitate potentissimus (κρῶτιστος) in proprio domate basilicam dedicante. Cui Lucas ex eadem urbe trabens originem, tam Evangelium suum, quam actus scribit Apostolorum, qui etiam beato Petro septimus in ordine Pontificum, in eadem ecclesia successit. -- Haec quia nomen Christianum prima invenit & docuit, nomen ei designatum est novum, & THEOPOLIS est appellata, ut quae prius hominis nequam & impii nomen pertulerat, ejus qui ad fidem eam vocaverat, domicilium & civitas deinceps appellaretur. Viginti provinciae in sua jurisdictione ejusdem Deo amabilis (Θεοφιλης) civitatis dicitur habere Patriarcha. Ceterum Torfellus secutus est Jacobum de Vitriaco, Episcopum Acconensem, & Cardinalem, seculi XII. scriptorem, qui de Antiochia prorsus gemina adductis habet in hist. Hieros. c. XXXII. T. d. H.*

la verosimilis dari potest, esse sententiam judico, utpote nec veterum testimonio, nec rationibus orbam persuasoriis.

§. 2. Testem hujus causæ in arēnam producimus autorem lexici Arabico-Syriaci, cui *Bar Bahlul* nomen est, inediti quidem, at variis ob præstantiam dignitatemque, a peritissimis harum rerum hominibus, ornatum elogiis, a Celeb. Tenzelio Diff. V. Select. Exercit. §. 35. congestis. Verba exinde quæ huc spectant citat Edmundus Castellus in lexico Pentaglotto pag. 3859. THEOPHILUS, inquit, *primus credentium & Celeberrimus apud ALEXANDRIENSES, qui cum aliis ÆGYPTIIS sanctum Lucam rogarunt, ut eis scriberet EVANGELIUM.* Jam olim contigit, ut, cum partem & summam in nupero fasciculo impressæ dissertationis litteris committebamus, nonnulla ad hujus loci illustrationem annotaverimus, quæ ut in Histor. Crit. Reip. Litt. T. XII. sect. III. p. 52. sq. leguntur, huc mutuo „ transferimus. “ Non absolum usque ad- “ „ eo fore credo, si hujus autoritate scriptoris “ „ eousque staremus, dum argumentis inde “ „ dimoveamur fortioribus. Nimirum THE- “ „ OPHILUM cui Lucas libros sacros inscri- “ „ psit Luc. I, 3. Act. I: 1. fuisse *magna digni- “ „ tatis* virum in urbe *Aegyptiorum* ALEXAN- “ „ DRIA. Neutiquam enim fit verosimile “ „ fuisse hunc Theophilum *Atheniensem* cujus “ „ Tacitus II. Annal. c. 55. meminit ut *Ale-* “

„*xander* quidem *Morus* in Not. ad N. T. p. „
 „331. censet. Argumentis enim quibus „
 „*Clariff. Tenzelius* in Select. Diff. V: §. 35. „
 „hanc confutavit sententiam addi potest, „
 „Tacitum hic videri *obscuri* cujusdam homi- „
 „nis meminisse dum eum **QUENDAM** vo- „
 „cat *Theophilum*, cum tamen ille ad quem „
 „*Lucas* scripsit, *illustris* fuisse dignitatis vi- „
 „rum ex *κρατίστου* titulo, quo ornatur, appa- „
 „reat, qui, ut ad Luc. I, 3. notat *Theophy-* „
 „*lactus ἐπὶ τῶν ἀρχόντων καὶ ἡγεμόνων ἐλέγετο* „
 „**PRINCIPIBUS** *viris* (seu *optimatibus*) **PRO-** „
 „**VINCIARUM PRÆSIDIBUS** *tribuitur*, ut „
 „quidem pluribus exemplis, si id nunc age- „
 „retur, evinci posset, ac *Menagius* notavit „
 „*Amoen. Jur. Civ. Cap. 16.*

§. 3. Atque hæc eo tempore ad illustratio-
 nem hujus testimonii commentati sumus.
 Nunc vero, cum illud paullo curatioribus per-
 lustrare censuris orsi sumus, ad *quinque* potif-
 simum attendere lectorem velim, quæ bre-
 vis hæc verborum *Syri* hominis series con-
 tinet. Testatur quippe (1) *Theophilum* hunc
 fuisse **ALEXANDRIENSEM**. Neque dubi-
 um est quin heic loci intelligas *Alexandriam*
Aegypti, cum *Aegyptios* eidem jungat. *Theo-*
philus, inquit, *primus &c. qui cum aliis AE-*
GYPTIIS &c. Omnes igitur qui *D. Lucam* ro-
 garunt, ut eis *Evangelium* scriberet cum
 Theo.

Theophilus, tum ceteri fuere *Aegyptii*. Dein narrat eum fuisse (2) in hac civitate virum *Celeberrimum* hoc est *nobilissimum*, inclutum, multæque & autoritatis & existimationis. Tum (3) *primum credentium*, hoc est, qui, simulatque lumen Evangelii per Aegyptum radios sparsit, inter *primos* doctrinæ Christi discipulorum *adsensum* dedit, *crediditque* Evangelio. Porro (4) eundem *rogasse Lucam ut scriberet Evangelium*. Denique hunc (5) non fuisse solitariam hujus operæ causam, sed & accessisse preces *aliorum* in hac re *Aegyptiorum*. *Theophilus*, ait, *qui CUM ALIIS AEGYPTIIS S. Lucam rogarunt &c.* Quæ proinde docent virum sanctum Evangelium suum in *gratiam* tum Theophili hujus, tum aliorum *Aegyptiorum* consignasse.

§. 4. Hæc singula curatius contemplans, tantum abest ut in iis aliquid adversi priscæ pervideam historiae, ut contra eisdem exinde posse lucis nonnihil adferri, forsitan haud vane harioler. Quocirca, cum aliis per communia studia, aliorum scriptorum locis enucleandis vacare licet: & nobis hoc ad incudem vocare testimonium Syri, haud heri & nudius tertius nati, permissum esto, meliorumque illuminare litterarum facibus. **ALEXANDRINUM** hunc (1) fuisse Theophilum, seu loco *natali* seu *commorationis* lege, confirmatum iri, opinor, (b) veterum quadam persuasione, eaque multis suffulta testibus,

stibus, D. Lucam Evangelium suum in urbe conscripsisse *Alexandrina*. Produximus nuper hac ipsa in Bibliotheca Fascic. IV. Sect. IX. hujus Classis §. 12. testem hujus traditionis *Persam* interpretem, cum quo amicis in eadem stare sententia rationibus, non modo veteres *Graecos*, & *Syrum*; verum & *Arabem*, integra illa dissertatione data ostendimus opera. Eandem autem suo adsensu haud indignam judicarunt nostri, quod vivimus, ævi, viri in sacris antiquitatibus maximi. Excerpamus quæ *Job. Ernestum Grabium* in *Spicileg. Patr. Sec. I. p. 33.* commonefecisse legimus. *Equidem bene memini, ait, quod Hieronymus in præfatione commentariorum super Matthæum testetur Lucam in Achajæ Bœotique partibus Evangelium condidisse. Sed præferenda videtur hac in parte, auctoritas Versionis Syriacæ (addo & ceterarum, quas indicavi modo) opinioni Hieronymi, qui fortassis legens Lucam, postquam a Paulo sejunctus fuit, in Achaja Evangelium prædicasse, auguratus est eum ibidem Evangelium scripsisse, quod tamen aliquot ante mortem annis, & proinde ALI-BI potius; quam in Achaja, ubi vitam finivit, fecisse videtur. Quod si proinde Lucas Evangelium Alexandriæ scripsit, quippeni & vero proximum videbitur, & in eadem civitate commoratum esse insignem illum virum, cui Lucas libros suos inscripsit, in qua ille eosdem calamo excepit. Præcipue cum hos ipsos in hujus Theophili usum conscripserit, quo eundem*

de

de doctrina Christiana gestisque Apostolorum plenius instruerent, ut ex Evangelii Actorumque constat proœmiis? Ne dicam patere ex Lucæ I:3. Lucam Theophilo *presentem* adfuisse, & super doctrinæ Christianæ veritate plurimos cum ipso sermones coram miscuisse ut dein dilucidius explicabitur. §. 7-9. Quicquid autem hujus sit, testimonium saltem Syri Lexicographi illustrare sententiam popularis ejusdem interpretis, uti hanc vicissim ab altero lucem accipere, dudum vidit Clariss. Tenzelius Diff. Sel. V. p. 208. *Quæ vero de Theophilo habet (Bar Bahlul,) opinionem, ait, Syrorum in calce versionis (imo in principio) suæ propositam sapiunt, quasi Lucas Evangelium scripserit in Alexandria Magna &c.*

§. 5. Horum communibus sententiis corroborandis junge (c) constantem apud plurimos veterum persuasionem Lucam per aliquot annos in *Aegypto* nactum fuisse commorandi domicilium, adeo ut nihil absoni Syrus ceterique scribant, aut quod communi repugnet famæ, Lucam Evangelium suum in *Aegypto* composuisse, compositumque ad illustrem *Aegyptium* misisse. Lucam certe *Alexandriæ* fuisse illiusque loci Ecclesiæ præfecisse *Avillium* testantur constitutiones Apostolicæ Clementis L. VII. Cap. 46. τῆς ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΩΝ Ἀννιανὸς πρῶτος ἀπὸ Μάρκου τῆ εὐαγγελιστῆ χειροτόνηται; δεύτερον δὲ Ἀβίλλιον ὑπὸ ΛΟΥΚΑ, καὶ αὐτῆ εὐαγγελιστῆ. *Urbis ALEXANDRINORUM*

RUM *Annianus primus à Marco Evangelista ordinatus est, secundus vero Avillius à LUCA & ipso Evangelista.* Adde Simeonem Metaphrasten qui in vita S. Lucæ testatur p. 857. eum totam *Libyam percurrentem in AEGYPTUM & præcipue Thebaida pervenisse & intra doctrinam Christi recepisse.* Citavit locum, unde & priorem hausit, Cl. Grabe in *Spicil. Patrum Sec. I: p. 33.* qui & dein addit p. 34. *Si igitur verum est, quod ex vita S. Lucæ adduxi, eum nempe Apostolo Paulo relicto, in Libyam & Aegyptum se contulisse, certe ratio temporis optime tituli versionis Syriacæ (addo & testimonio Bar Bahlul) congruit, ac omnino Lucas in Aegypto Evangelium una cum Actis edidisse, ac inde ad Theophilum misisse videtur.* Verum nec opus fuit quo eosdem libros Alexandriae longinquo mitteret, siquidem & ille Alexandriae præsto fuerit.

§. 6. Dum vero Bar Bahlul (II) tradit Theophilum apud Alexandrienses suos fuisse virum *celeberrimum seu nobilissimum*, quid, amabo, appositum magis est titulo *regis* quo Lucas Theophilum ornât *Evang. Cap. I: 3?* Sane hoc solum titulo viros *summates* principisque loci honoratos esse quondam satis ostendisse Menagium antea indicavi §. 2. quibus & amplam testimoniorum messem jungas, quam uberissima doctissimi *Heumanni* & per varias disciplinas circumlata eruditio congeffit in per egregia de *Theophilo* dissertatione in tertio hujus classis Fasciculo sect. III. impressa §. 6. cu-
jus

jus quidem tituli *causam originemque* & nuper
 me demonstrasse memini in hujus Biblioth
 fascic. secundi class. III, sect. VII. §. 11. quique
 factum ut ille a *Romanis* ad *Graecos* descenderit,
 indicasse. Minime enim concedimus Bezæ
 aliisque, titulum *κατ'ἄριστον*, ob *poten-*
tiam horum virorum, descendere, sed a con-
 suetudine Romana, qui *optimos* illustres suæ
 gentis viros salutabant, ut ibidem docui,
 pluribusque exemplis confirmatum ivit indu-
 stria eruditissimi fratris mei in Sicilim. de
Theophilo §. 14--16. Veteribus enim alii mo-
 res fuere ac nostris temporibus, qui haud a
potentia viribusque, sed a *benevolentia studioque*
 erga alios illustrium virorum titulos mutua-
 bantur. Ita & titulum *optimi*, &, qui hinc
 ad Græcos pervenit, *κατ'ἄριστον* haud *potentiam*,
 sed *benignitatem* morumque spectare *integrita-*
tem, persuasum habemus. Discimus hoc à
 Cicerone, qui ipso Jovi titulum *optimi* datum
 esse propter *benignitatem* in alios observat
 quidem *prius* optimum quam maximum, *quia*
majus, certe *gratius PRODESSE omnibus*, quam
opes maximas habere L. II. de Nat. Deor. c. 25.
 Pari modo & Athenis *primarium* fuisse titulum
 sumarium, non ut *δυναστοὶ* *potentes*, sed tantummo-
 do *τίμιοι* *honorati* compellarentur Theophrastus
 nos docet Ethic. Charact. *περὶ ἀναίσχυνης* ubi
 vide notas Casauboni p. 220. sq. & conf. Act. V:
 34. ubi de Gamaliele, Synedrii Hierosolymitani
 Præsides dicitur, *τίμιος πάντῃ ἴσῳ λαῶν* *honorati-*
tis

tus toti populo. Ipsos reges quondam Romanos haud *potentium* aut *potentissimorum*, ut nunc sunt mores, sed *clarissimorum* exornasse modo elogio, abunde ex priscis constat monumentis, quo si hodie vel plebejum quempiam magistrum salutare, quanto opere frontem in rugas contraheret, omnibus nunc *amplissimorum* & *excellentissimorum* nomina ambientibus. Ohe ridiculum!

§. 7. Quod vero (III) CHRISTIANAM hujus Theophili attinet *doctrinam*, quo tertio caractere eum *Bar Bahlul* notat, dum eum Alexandriae fuisse inter *primos* scribit *credentium*: certe Theophilum *imbutum* fuisse seu instructum de rebus ad Christum pertinentibus, apertissime Lucae nos erudiunt verba Cap. I: 4. Quantumvis enim haud doceant, eum plene habuisse *fidem* Evangelio J. C. hoc est *Christianum* fuisse plenae adhesionis & perpetuae in sospitorem nostrum spei? erudiunt tamen nos, eundem, partim *plurima* saltem de Christo *inaudivisse* partim ab ipso Luca hoc condito libro in ejus gratiam, accepisse earundem rerum *ασφάλειαν* *certitudinem* vel *corroborationem* pleniorumque dignamque fide historiam. Lucas enim se eapropter hanc litteris commisisse refert *historiam*, quo ipse Theophilus haberet *ασφάλειαν* *περι* *ων* *κατηχήθη* *λόγων*: hoc est earum *historiarum* quas Lucas ipsi toties *familiari sermone exposuerat*. Quamquidem interpretationem hæc verba pa-

ti posse nemo abnuet, tametsi verbum κατη-
 χείδαι de rebus auditione acceptis heic capiat lo-
 ci, quam græcis haud adversam esse litte-
 ris profiteamur, urgente hunc sensum verbi
 Salmasio de Hellenistica p. 103. & maxime
 doctissimo quem antea laudavi, Heumanno,
 cit. dissert. §. 10. At, a quo potius censes Theo-
 philum hæc fando accepisse, quam ab ipso
 Luca? Is enim eapropter, ut ἀσφάλειαν ea-
 rum rerum haberet Theophilus, his libris
 conscribendis animum adplicuit. Certe cum
 ipsi, ut viro probe noto, Lucas Libros hos in-
 scripsit, videtur dubio procul cum eodem
 hac ipsa de re sermocinatus esse frequenter.
 Proinde Lucas se ea quæ olim Theophilo co-
 ram *verbis* de Christo explicavit, nunc *scripto*,
 quo eadem examinaret probe rumineturq; se-
 dulo, ad pleniorē rebus habendam fidem,
 traditurum. Ita & eruditissimum longe Fa-
 briciū hæc accepisse video Biblioth. Græce
 L. IV. Cap. V. p. 134. sq. unde huc quæ egre-
 gie verba Lucae παρὰ τῶν ἄλλων, transferamus.
*Lucas ait alios quidem ante se scripsisse de rebus Je-
 su Christi, quorum incitatus laudatissimo exemplo,
 ipse quoque voluerit hoc aggredi, omnibus usque a
 stirpe diligenter inquisitis, ut Theophilus haberet
 SCRIPTO etiam consignata illa quæ e LUCAE SER-
 MONIBUS CORAM PERCEPERAT. Hic enim
 sensus verborum. ἵνα ἐπιγνώσῃ κ. τ. λ.*

§. 8. Minime tamen gentium necesse esse,
 quo eum accipiatur in modum verbum κατη-
 Class. IV. Fasc. VI. Y y χεί-

χείρας pariter viros eruditos mihi concessuros
 auguror, cum his munitum circumstantiis,
 non modo de *auditione*, verum & de *instructio-*
ne imbutioneque per disciplinam accipi solet.
 Quo ipso fas erit ut Theophilum in do-
 ctrinæ Christianæ præceptis institutisque
 que imbibendis Lucæ fuisse *discipulum*, colli-
 gamus. Non quod ex cathedra Lucas in
 subselliis sedentem Theophilum, ut nunc mo-
 ris est, doctoris ad instar erudierit: Sed quod,
 seu domi, seu foris, vel stantem sedentemve
 seu ambulantiem cum ipso velut Christus di-
 scipulos Emauntem euntes Lucæ XXIV: 15.
 seqq. curruve vehementem, ut Philippus eunu-
 chum Candaces, Actor. VIII: 28. sqq. multa
 de Christo narrando docendoque, ad fidem
 habendam Evangelio, transducere annisus
 fuerit. Nam id notionis in hoc verbo, quam
Erasmus aliique sequuntur docti viri, haud de-
 stitui autoritatibus veterum credas, quarum
 alterum ex Porphyrio Beza citat, alterum ex
 Luciani Asino ad sententiæ suæ majorem per-
 suasionem, *Erasmus* in Epistola ad *Guilielmum*
Budæum, magnum illum Græcarum litterarum
 promum condum, quæ Lib. I. Epistolarum
 erasmianarum sexto loco impressa est, deprom-
 sit. Locus legitur Tom. II. Operum Lucia-
 ni ubi magister asinum saltare aliasque artes
erudiens, eum dicitur κατηχῆν pag. 110. Ed.
 Amstel. Ait enim ipse Asinus, quod herus
 ipsum παρέδωκεν ἀπελευθέρω πνὶ τῶν ἐαυτῆνεα.
 νίσκων

νίσκων, καὶ εἶπε ΚΑΤΗΧΕΙΝ, ὅσα ποιῶν μάλιτα, ψυ-
 χαγωγεῖν αὐτὸν δυναίμην. Tradidit me (sic versio
 habet) cuidam adolescenti suo liberto, a quo DI-
 SCEREM (seu qui me DOCERET) quæcunque
 ipsum delectare possent. Ita vero ut juvenis heic lo-
 ci ipsum dicitur κατηχῆν sic asinus deinceps διδα-
 σκόμεν Ⓞ DISCENS. ὑπήκουον γὰρ εὐπύς, addit,
 εἰς ἅπαντα ΔΙΘΑΣΚΟΜΕΝΟΣ. Quemadmodum
 igitur alias διδάσκων & διδασκόμεν Ⓞ, doctor &
 & discipulus : ita hic κατηχῶν & διδασκόμενος vi-
 des opponi. Animadverto quidem non de-
 futuros ex eruditorum ordine, qui objecerint
 Lucianum esse σκώπτην eo nomine doctrine
 Christianæ & Catechumenis illudetem. Eo enim
 Luciani testimonium pro optima vocum Græ-
 citate allatum, respuere solent nomine. Vi-
 de Job. Cocceji stricturas in diff. Pfochenii de
 purit. styli N. T. §. 52. 65. Sed haud vidi Lu-
 cianum Christianos aliqua μιμήσει urere, nisi
 in dialogo de morte Peregrini (Philopatrida enim
 ejus opus haud agnosco) cetera ab his scom-
 matibus sunt immunia & in primis ver-
 bum κατηχέω, cujus primaria notio est
 ut de doctrina institutioneque illud intelli-
 gas, utpote nativa indoles ex κατὰ com-
 positi, in compositione deorsum notante præ-
 positione, & ἠχέω sono. Qua coadunatione ver-
 borum tum magistri tum discipuli notatur habi-
 tus, quorum illo ex superiore docente loco,
 sonus inde ad inferiora audientium descendit
 subsellia. Ex hujus vero significationis fonte
 & principe omnium notione, dein genera-

liores de perceptione auditioneque, & quæ ceteræ sunt, velut ex scaturigine dimanant.

§.9 Et hæc quidem docent Theophilum, tametsi tum temporis quo hæc Lucas ad eum misit *ἐκ ἐπίσευσε ἐξ ὅλης τῆς καρδίας* ut ille Candaces Eunuchus Actor. VIII: 38. Attamen fuisse *ἑ μακρὰν ἀπὸ τῆς βασιλείας τοῦ θεοῦ* ut scriba quidam legis, de quo ipse Sospiator hoc testimonium fert Marc. XII: 34. atque *ἐν ὀλίγῳ χριστιανὸν* qualem se Pauli sermonibus factum rex Judæorum Agrippa prædicat Actor. XXVI: 28. Veruntamen, cum Theophilus præter ea quæ de Christo sermonibus a Luca acceperat, insuper nactus sit integris scriptis earundem rerum ab ipso *ἀσφάλειαν* Luc. I: 4. Atque hunc finem fuisse & scopum Lucæ scriptionis ipse indicet, quo Theophilus earundem rerum de Christo pleniorum adipisceretur certitudinem; quid contrarii erit, quæso, cur minus credamus & Lucam, benedicente divini Numinis gratia, voti sui fuisse factum compotem? eundemque S. Spiritum, cujus ductu Lucas hæc scripsit, vorticordia sua vi & mentem Theophili illuminasse, quo his scriptis perlectis, rebus illie memoratis, fidem adjunxerit. (b) *lis*, inquam, scriptis quorum ope

(b) Si quis præfracte id sibi persuasum haberet, folisque hariolationibus res posset confici, fortassis *Theophilum* Lucæ deprehenderet, in *Theophilo* quodam

ope tot hominum non millia, sed myriades myriadum ad Christi militiæ castra perducti sunt. Cur enim Lucam hac spe sua caruisse, & excidisse voto, necessitate urgente nulla, persuasum haberemus? Obstitit, ais, *illustris dignitas*, quo functum Theophilum ex *regis* titulo colligimus, nec fieri verosimile *excellentis* quondam muneris hominem, pristinis derelictis sacris, quorum illi esse solent perquam tenacissimi, ad novam religionem animum advertisse. Verum haud est causæ cur haud aequè de Theophilo credamus, quod de tot *illustribus* hominibus, in Christi castra translatis, sive *Judæi* fuerint origine, sive gentiles, multiplicibus exemplis erudimur. De *gentilibus* quidem splendidissimo in loco positis, nihiloque secius Christianis factis, te condocerent exempla quæ erudita fratris mei cura congeffit, exercit. de *Theophilo* §. 17--20. Sin, *Judeos* desideras, meminisse ju-

Yyy 3

va-

dam Lucae *συγγερον*, Christiano, dignitate non infimo, ecclesiae Corinthiacae Presbytero, si quidem genuina esset, de quo tamen dubito, epistola, quae lingua Armenorum conscripta legitur in Hist. Crit. Reip. liter. T. X. p. 155. a Corinthiis ad Paulum Apostolum missa. In illa enim *Stephanus*, & *qui cum eo presbyteri*, *Nemenus*, *Eubulus*, *THEOPHILUS*, & *Nomeson* Paulo Fratri salutem dicunt. Adduxerat jam hanc epigraphen Usserius in notis ad epist. Ignatii ad Trallianos p. 29. edit. Oxoniensis, & Amstelodam. p. 70. nisi quod loco Eubuli, habeat *Bulvus*. T. d. H.

vabit *Nicodemi* ἀρχοντῶ τῶν Ἰουδαίων PRINCIPIS *Judeorum* Joh. III: 1. sq. nec non *Josephi* Ramathensis βαλευτῆ, in ipso synedrio consiliarii, qui & ipse προσεδέξετο τὴν βασιλείαν τῆ θεῆ Luc. XXIII: 50. atque Eunuchi illius Candaces, Reginae Aethiopiae Thesaurarii & δυνάστη hoc & principis aulae ministri Actor. VIII: 27 *Judeum* enim eundem fuisse religione, saltem profelytum inter *Judeos*, utut loco nativitatis Αἰθιοπία, universa docet cum orationis series, tum maxime iter religionis causa susceptum Hierosolymas, & industria S. Codicis lectio. Primis enim seculis non adeo de secta in sectam fiebat continuo transitus, nec statim amplexis Christianis sacris, Judaici coetus derelinquebantur. Sed plurimi erant, ut ita loquar, crypto-Christiani, qui, cum interdum haud auderent ob publicam religionis calumniam, *Nicodemi* adinstar, noctu Christum accedebant, Joh. III: 2.

§. 10. Nec ab re abludit (IV) *Lucam* hujus *Theophili* rogatu libros sacros condidisse, ut hujus Syri documento porro addiscimus. Dum enim *Lucas* se ea de causa ad scribendos illos fuisse permotum monet, quo *Theophilus*, haud solum verbo & κατηχήσει ejus, ut toties factum, rebus de Christo gestis imbueretur: verum & scripto hoc ipso nancisceretur rerum earundem gestarum & quidem ἀνωθεν repetitarum, ἀσφάλειαν: omnino videtur *Theophilum*, virum sagaciorum & πολιτικώ-

πατον, non continuo voluisse verbis ejus ad-
 stipulari, verum desiderasse, quo plenioribus &
 certioribus documentis atque ab *ἀυλόπταις καὶ*
ὑπηρεταῖς τῶ λόγῳ haustis Luc. I, 2. historiis iis-
 dem informaretur. Quod, cum his de re-
 bus, ut fieri solet, sermones ambo cæderent,
 expetere Theophilus omnino potuit, & pe-
 tiisse rerum indoles ingenique humani mores
 persuadent. Conjunxisse vero (V) & *pluri-*
mos incolas *Aegyptios* preces suas illustris
 Theophili monitis, quo Lucae animum ex-
 pugnant, anceps erit nemini, si & ceteri e-
 jusdem fidei communiumque sacrorum par-
 ticipes, communem æque ac privam quo ha-
 berent in rebus illis percipiendis *ἀσφάλεια*,
 desideraverint. Neque enim unius hominis
 curæ intenti solum fuere Christi legati, sed, ut
 ad omnia *πρόβατα τὰ ἀπολωλότα Ἰσραὴλ*
 missi a summo Doctore Matthæi X. 6. ita &
 integros *cætus* erudiebant, & ad eosdem eru-
 diendos plenius, sacras literas mittebant, ut
 Pauli, Petri, Jacobi, nec non omnium Apo-
 stolorum libri Epistolæque fidem faciunt. Ita
 vero cum humano comparatum esse ingenio
 novimus, ut rerum, quas percepimus, com-
 memorabilium, ad unum omnes & *scripto* ex-
 positionem, memoriæ præsidio, concupisca-
 mus.

§. 11. Quæ cum ita sint, nec solus ego
 sum qui Syri testimonium illud de Theophi-
 lo, alicujus loci, utut non summi & indubita

ti, habendum esse existimavi. Celeberrimus Fabricius Bibl Gr. L. V. Cap. I. p. 94. de variis commentans Theophilis, hæc de nostro monet. *Theophilus nobilis vel Alexandrinus ut Syrus auctor Lexici apud Tenzelium p. 208. diff. select. vel Antiochenus, si credimus scriptori recognitionum Clementis X, 71.* Si enim alterutri horum, cui fidem haberem, optio daretur, enties mallems adsurgere Syro huic, ea scribenti, quæ S. Historiæ haud repugnantia esse adstruimus, quam *Volusianis* illis, ut merito vir doctus vocat, *Pseudo-Clementis chartis*, myriadum fabulis inquinatis. Idem vir summus L. IV. ejusd. Bibl. Cap. V. p. 136. citans hoc ipsum testimonium, nihil addit quo illud *Seias* accuset, quantumvis Alexandri Mori sententiam continuo subjungens obelo contundat quam & §. 2. censura notavimus. *Tenzelius* vero memorato loco rem in medio relinquens, de eadem alios judicium ferre permittit.

§. 12. Nuperrime tamen virum, undecunque doctissimum *Christ. Aug. Heumannum* in diff. de Theophilo §. 5. p. 491. hoc Syri hominis, testimonium haud magnificandum esse, sed accensendum fabulis potius autu masse reperi. Non quidem is ego sum qui mordicus sententiam meam tueri discupiam doctissimoque sane homini meique amantissimo, in hac causa litterarium bellum ciere. Valeat enim testimonium quantum potest, & docto cuique videbitur. Verum cum eo fruar in-

genio ut haud facile opinionibus fide veterum quodammodo firmatis nec *impotentia* vel *physica*, vel *moralis*, vel *politica* laborantibus, bellum indicere soleam. Et ego hanc fidem habui huic Syro homini, quam bono cuique haberi testi. his ex nævis haud cognito, habere usque quaque solemus. *Unusquisque enim præsumitur bonus usque dum probetur contrarium*, ex veteri regula. Præcipue id in rebus *historicis* habeo, si contrariam rationem aliorum fide dignorum magis haud posse oppugnari video testimoniis. Causam enim expiscari haud possem cur hæc de *Theophilo* finxerit sublesta fide Bar Bahlul, in quibus nihil reperio quod dicentis studiis prodesse valeat. Potius cum tam candide agat ut *Theophilum* hunc illustrem, *alieno* solo vindicet, cum alias, si fingendi adfuisset lubido, potius cum *Pseudo-Clemente* eum suæ *Syriæ* (*Antiochia* enim *Syriæ* urbs est) addixerit, ut homines amore *patriæ* permoti, illustrissimum quemque, civem suum fuisse aliis persuadere nitantur, notumque sit de *Homeri* patria vel septem urbium certamen. Nescimus, fateor, qua ætate sit hic lexicographus. Tamen eum *lexicographum* esse meminisse oportet, hoc est, ex eorum genere hominem qui sua ex veterum scriptis, ætatem eorum longe antecedentium, undique corradunt. Quemadmodum *Suidæ*, *Kimchii*, aliorumque lexica ex monumentis priscae ætatis po-

tissimum confarcinata sunt, quorum utique stamus iudicio. Tali autem indole gavisum esse nostrum Bar Bahlul, nos docet capit. 186. catalogi Ebed Jesu ex versione Abrah. Echellensis. *Bar Bahlul*, ait, composuit *lexicon ex MULTIS CONGESTUM LIBRIS*, & ex Jesu Barali Medico, Marvazita, & Gabriele, citante Tenzelio loc. cit. p. 208. Est quidem, æque fateor, hoc testimonium ἀπαξ λεγόμενον. At, si quævis semel dicta, ob deperditorum veterum librorum injuriam, fabulis accensere velis, innumera quidem in scriptis omnium gentium, quæ alias certissimæ fidei sunt, forent explodenda. Dignus dubio procul publica luce fuisset Bocharti liber, quem alicubi περὶ τῶν ἀπαξ λεγομένων promississe meminimus, quo id dedisset operæ, ut permultas hujus indolis narrationes ab aliorum incredulitate vindicasset. Et, quamvis in Historia sacra apud veteres passim fabulæ hæreant, tamen, cum nec omnia Cretes fingant, ut quisque falsi arguatur, merito in adfirmantem partem *fabula* probationem devolvimus.

§. 13. Immoremur itaque paucis etiamnum huic argumento, qualisque *Theophilus* noster inter cives suos *Alexandrinos*, cum *origine* gentis, tum *dignitatis* munere, quo ipsi κρατίς conveniat titulus, nobilis forsitan fuerit, dispiciamus. Si expendisti, lector, binas de *Theophilo* disceptationes antea laudatas & huic Bibliothecæ insertas, recordaberis alterum

rum eruditissimorum virorum, eundem *gentilium*, alterum *Judæorum* turbæ, dispari studio, voluntate tamen pari & in litteras amore, adscripsisse. Fateor non nostrum esse hos inter tantas componere lites, nec me facile his permixtum velle Achivis. Attamen perpensis utrinque rebus haud diffiteri possum mihi propiores vero videri eruditas Fratris mei rationes, quibus (III) JUDAICAE genti eundem annumerandum esse, existimavit. Non desunt quippe quibus eandem sententiam fortius adstructum eamus. Principio quidem (1) extra controversiam positum remur Apostolos Christique ministros *prima* ætate in convertendis ad Christi doctrinam hominibus, *magis* rationem habuisse *Judæorum* quam quidem *gentilium* multoque facilius fuisse *Judeos* quam gentes ad Christi sacra perducere. Luculentis sane testimoniis hoc argumentum expedivit doctum *Joh. Braunii* ingenium in *Select. Sacr. L. I: Cap. I.* quo, si plenam testium nubem desideras, te ablegatum cupimus. Atque ita summus Magister discipulis jusserat *Matth. X: 56.* 'Εἰς ὁδὸν ἐθνῶν μὴ ἀπέλθῃτε, πρέεσθε δὲ ΜΑΛΛΟΝ πρὸς τὰ πρόβατα τὰ ἀπολωλότα τῆς οἴκῃς ἸΣΡΑΗΛ. *confer. Cap. XV: 24. & Actor. XIII, 46.* quo & parabola spectat *Matth. Cap. XXII, 2. sqq.* Dein (2) semper mihi fateor verosimilem fuisse sententiam eruditissimi *Ligtfooti*, quam in Præfatione ad horas Hebraicas in *Matthæum* protulit

tulit, OMNES LIBROS N. T. non modo a JU-
 DÆIS scriptos esse, atque INTER, verum & AD
 JUDÆOS, omnesque orationes in eo habitas a Judeis
 pariter atque AD, & apud JUDÆOS. Quæ
 ipsa Ligtfooto haud priva est, sed adoptata
 quoque a maximo in his studiis curatissimique
 judicii Jac. Rhenferdio in dissertationis Primæ
 de decem otiosis Synagoga Cap. I, §. 2. Quæ
 cum altera hujus argumenti edita est Franeq.
 A. 1687. Nec minus eadem docti Braunii eru-
 ditio hanc thesin pereximiis illustravit ob-
 servationibus, quæ totum librum *primum* se-
 lectorum sacrorum ornant, docentibus, om-
 nes fere Apostolorum Epistolas, *Pauli, Judæ,*
Petri & Johannis, missas quidem ad gentes es-
 se, maxime vero & potissimum ad *Judeos*
Ἐν τῇ διακονῇ commorantes. Quid igitur ra-
 tionis adfuturum sit, haud video, cur *Theo-*
philum, cui *Lucæ* libri inscripti, a ceteris faci-
 am segregem, *gentiliumque* adscriberem nata-
 libus. Quod ipsum, si *Theophilum Alexandri-*
drinis civibus adnumeramus, eo minus fieri
 (3) oportet, ut eundem *gentibus* adjudicemus
 quo magis indubiis constat testimoniis, cum u-
 niversam *Aegyptum*, tum maxime principem
 ejus urbem *Alexandriam* innumera multitu-
 dine *Judeorum*, summis privilegiis illic perfru-
 entium, a seculis innumerabilibus ipsoque
 exordio civitatis abundasse. Vide hac de re
 passim Josephum L. II. contra Apionem p.
 1063. Ed. Lips. L. XIX. Ant. Jud. Cap. 4. L.
 XX:

XX: c. 3, 5. XVIII: c. 1, 10. XIV: c. 12. & quae viri docti ad Juvenalis Sat. I: v. 130. notarunt, ut & Isaacum Vossium Var. Observ. Cap. X. p. 48. sq. Tum maxime Philonem *Judæum*, ipsum *Alexandrinum*, cum passim in scriptis suis, tum potissimum in Libro quo *legationem* suam ad *Cajum* Imp. quam *Judæorum Alexandrinorum* nomine obiit, data opera enarravit, cujus prope finem cum primis de *Judæorum in Aegypto & Alexandria* agit *multitudine*. Adde imprimis quod ipse *Alexandrinus* Philo, ejus urbis faciem nobis describat quod πολλὰ αἰεὶ εἰσὶν τῶν ΠΡΟΣΕΥΧΩΝ καὶ ἕκαστον τμήμα τῆς πόλεως MULTAE sint PROSEVCHÆ (*Judæorum*) in UNAQUAQUE URBIS REGIONE, pag. 782. inter quas unam omnium excellentissimamque vocat μέγιστην ἢ περισημοτάτην p. 7. 13. quam ex *rabbinorum* commentariis describit *Celeb. Vitringa* de *Synag. Vet. L. I. P. I. c. 14. p. 256. conf. §. ult.* hujus differt. Imo tanta *Alexandria* abundabat *Judæorum* copia, quo illis peculiarem fuisse *Synagogam, Hierosolymis* ex *Actor. VI: 9.* appareat, qui inde religionis causa ad urbem principem mittebantur. Dein (4) nec nomen *Theophilorum*, *Græcum* licet, hac ipsa ætate atque antecedentibus fuisse *Judæis* incognitum triplici (c) exemplo docuit *cl. Frater meus*

(c) *Theophili* Sacerdotis *Judæorum* summi quoque meminit *Zonaras* *Ann. L. I.* Coeterum, catalogo, illorum, qui hoc nomine fuere insigniti, quem nuper

meus cit. differt. §. 6. Neque enim tantummodo *Judæi* illo gaudebant ævo *Græcis Romanisque* nominibus, ut *Alexandri, Demetrii, Antipatri, Aquile*, aliaque testatum dabunt quæ celeb. *Braunius* L. I. Select. Sacr. §. 35. depromsit; Verum & propria *Hebraica* nomina, in ejusdem notionis *Græca* frequentissime commutabant, adeo ut hunc virum, quem *Lucas* Θεόφιλον adpellat, nativo vocatum fuisse יהידיא *Jedidja*, haud abnuerem, quod *Ligtfooto* placet in *Harmonia* IV. Evang. Sect. I: p. 248. Ita *Cephiam* כפא dictum esse *Petrum* Πέτρον novimus seu *rupem*, ut utraque vox tam *Syra* quam *Græca* denotat. Pariter & Δορκάδα seu *Capream* cernimus vocari foeminam *Actor. IX:*

per exhibui, alii addi possunt, qui interea temporis occurrerunt. Inter *Graecos* scriptores, qui de rebus *Iudaicis* aliquid memoriæ prodiderunt, primo loco *Theophilum* memorat *Jos. L. I.* contra *app. p. m. 1051.* A *Tzetze* *Chil. II. v. 88.* citatur *Theophilus*, proconsul, patricius, quaestor & praefectus *Politanus* Ἐν Θεμελιώσεσι παρὰ θαλασσίας. *Theophilus* episcopus subscripsit epistolae, quam patres concilii *Antiocheni* in causa *Pauli Samosatensis* ad *Dionysium* episcopum *Romanum* miserunt. *Cathedram Hierosolymitanam* obtinuit saeculo undecimo *Theophilus*. Inter epistolas *Nili*, *Constantinopolitani* primum *Eparchae*, & deinde monachi tres sunt tribus inscriptae *Theophilis* nimirum *Aetuario, Cancellario, & monacho*. Per *Mamantem* & *Theophilum* presbyterum citatus olim fuit ad *Synodum Constantinopolitanam* a. 448. *Eutyches*. T. d. H.

36. cui inter suos nomen erat Syrum **טביתא**
Ταβιθα ejusdem cum Græco significationis.
 Ita &, quod obiter addo, puellam **ῥοδην** di-
 ctam seu *rosam* Actor. XII, 13. Hebræo alias
שושנה *Susannam* vocatam, familiari inter illos,
 nomine, colligere fas est.

§. 14. Haut vellem itaque, si ex **κραις**
 titulo, quo olim Romani *magistratus* honora-
 bantur, hanc te oppugnaturum sententiam
 existimes, indeq; argumentaturum necesse esse:
 & Theophilum inter gentes munia *magistratus*
 exercuisse. Quantumvis enim (IV) **κραις**
 titulus omnibus aptus sit *illustribus* viris seu
 magistratum gerant, seu secus: tamen demus,
 exinde patere Theophilum *magistratus* hono-
 ribus insignem fuisse, ut & Celeb. Fabricius
 censet Biblioth. Gr. L. IV. c. III. p. 90. Tamen
 satis erit huic argumento eludendo apta u-
 nica hæc observatio. Ubicunque locorum
ἐν τῇ διασπορῇ vixere *Judæi* (qui sane per totum
 orbem dispersi erant. Vide Actor. II, 5. sqq:
 atque ad hunc locum pereruditam Cl. Biel
 differt. Class. III. Fasc. IV. hujus Biblioth. sect.
 III insertam præcipue §. 5. ut & Celeb. Brau-
 nii Select. Sacr. L. I. cap. 19.) *proprios* eosdem
 concessione Romanorum habuisse *magistratus*
 a longissimis retro & dudum ante Lucæ nata-
 les temporibus, uti *Damasci*, *Antiochia*, *Constan-*
tinopoli, ita & **ALEXANDRIÆ** potissimum
 pluribusque in *Aegypto* locis. Hi quidem
principes eorum *genis* seu **ἐθναρχαι**, ut dicun-
 tur, aut **Ἀραβάρχου** *Arabarchæ* Græcis, *Judæis*
 vero

vero הרבנים המנהיגים *harabbim*, *hamanbigim*
 seu *summi gubernatores*, ex propriis ipsorum eli-
 gebantur tribulibus. Id plurima veterum
 tam *gentilium* quam *Judæorum* loca nos erudi-
 unt, quæ summa collegit industria, mirifico-
 que lumine illustravit peculiari dissertatione
 de *Arabarcha* vel *Ethnarcha Judæorum* edita
 Franeq. 1702. magnum his studiis quondam
 præsidium *Jacobus Rhenferdius*. Nihil enim his
Arabarchis Judæorum cum gentilibus magi-
 stratibus, quos Romani in provincias misere,
 communis fuit Jurisdictionis, sed pleni hi, e-
 rant in suos tribules Judæos *absolut. que plane*
imperii summæque autoritatis & splendoris. Et
 tantæ quidem in urbe *Alexandrina* ut nec prin-
 cipes viri inter Romanos ipsique Imperatores
 eorundem amicitiam subterfugerint, nec mu-
 lieres principes eorundem conjugiorum fœ-
 dera detrectaverint, ut abunde de his *Arabar-*
chis Alexandrinis nos certiores reddunt loca a-
 pud Josephum L. XIV. Ant. Jud. c. 17.
 XLVIII: c. 1. 10. XIX. c. 4. XX: c. 3. 5. Cu-
 jus & *Alexandrini* Judæorum *Arabarchæ* mentio
 fit apud Juvenalem Sat. I: 130. ut præmissam
Aegyptii nomen ostendit eum de *Alexandrino*
 loqui. Idem & inter summos viros colloca-
 tur *præfectum Augustalem & sacrorum thesaurorum*
præpositum ALEXANDRINUS ARABARCHA
 in Justiniani Edicto XI: cap. 2. & 3. cum quo
 loco confer l. 9. Cod. de *Vectigal.* ubi *vectigalis*
 ARABARCHÆ per ÆGYPTUM meminisse
 im-

imperatorem videbis. Potuit proinde & Theophilus noster Alexandrinus, *κρητισος* illic, gentis suæ gessisse magistratum summaque eminuisse dignitate Arabarchatus, saltem ad nobilissimam horum Arabarcharum pertinuisse familiam, qui nobilitate, opibus, potentia, dignitatibus, nulli nobiliorum gentilium postponendi erant. Talis erat Philo illustris ille Judæus, cujus opera etiamnum terimus, quem fuisse fratrem Alexandri in urbe Alexandria Arabarchæ ditissimi testatur Josephus L. XVIII: c. 10. eundemque ut gentis suæ nobilissimum hinc Judæorum nomine ad Cajum Imp. legatum missum fuisse refert, atque τὰ πάντα ἐν δόξῃ per omnia clarissimi, ut Theophilum Lucas κρητισῶν, titulo exornat. Equidem & ipse illo Philo inter suos gessit nomen יהודיה seu *Jedidæi* hoc est Θεοφίλος, quod ipse in Philonis Græcum, ex more tum temporis solemniter commutavit. Hebræo enim hoc & nativo nomine Philonem citat *Jedidæi Alexandrini R. Azarias* in Meor Enajim Cap. 32. Et tales שרים seu PRINCIPES aut *magnates* fuisse Alexandriae, qui in Synagoga maxima illic in duplicatis sedebant *sedilibus*, glossa agnoscit ad locum Gemaræ Hierosolymitanæ, mox seq. §. notandum.

§. 15. Dum autem in eo sum, quo hæc de Theophilo meditata chartæ committam, incidit forte fortuna alia conjectura, quæ num ad tituli ejusdem κρητισῶν illustrationem aliquid

adferre momenti possit, alii in rebus Judaicis
 me peritiores dijudicent. Cum enim *ἡσαν*
 58 elogium dari Felici & Festo *Cesaris* *procu-*
ratoribus cerno Act. XXIII: 26. XXIV: 3.
 XXVI, 27. Hoc quidem nominis ex *Græcis-*
Romanisque litteris elucidari optime, ut a
 doctissimis factum est hominibus, crederem.
 Verum, dum hic Lucas ipse quondam *Judae-*
us ad virum, ut ego æque existimo *Judaeum*
 gente, hos libros scripserit, & quidem qui
 adhuc *inter* Judæos versabatur, visum fuit
 numne potius huic titulo ex *Jure* veterum
Hebraeorum aliquid accedere posset luminis,
 ad quod potissimum attendendum esse
 multo studio sacrarum N. T. dictionum stu-
 dioso, me *Ligtfooti* in præf. ad Horas Hebr. in
Matth. aliorumque animadversiones, com-
 monefecerunt. Incidit ergo *Seniores* quon-
 dam *Synagogæ Judaicæ*, qui *septem* numero
 erant, dictos esse טובים *Tobhim* hoc est *bonos*.
 At cum Hebræi nec comparativo gaudeant
 nec superlativo, sed eorum loco ut plurimum
 utantur positivo, & in honorum titulis sua
 lingua perpetuo etiam in re principe positivo
 gaudeant: Hinc טוב *bonus* æque notat ἀγαθὸν
 ac καλόν & καλόν. Atque ita hi זקנים seu
seniores vocantur טובים *boni* seu *optimi* a R. E-
 lia Orientali in Cap. 57. Consiliorum. Ae-
 que & in Gallia & Metis in Lotharingia alibi-
 que locorum eos simpliciter hodiernum vocari
Tobhim seu *bonos* ex ore *Simeonis Leon* docet

celeb. *Rhenferdius* diff. II. de *Decem otiosis Synagogae* §. 19. p. 242. Alias in jure Hebræorum frequenter vocantur העיר טובי BONI civitatis, & quoniam septem numero esse solent (qui adhuc in Gallia præsto hodie est numerus) שבעה טובי העיר septem BONI civitatis, ut ex variis *Judaeorum* scriptis veteribus recentioribusque luculenter docet memorato loco *Rhenferdius* cum in differt. I. §. 110--113. tum diff. II. §. 20. sq. adeo ut horum Seniorum titulum טובים *Tobhim* seu *bonorum*, quem ab antiquissimis retro temporibus ad hodierna usque retinent secula, cognoscas. Quod si proinde & hunc *Theophilum* inter hos septem civitatis *Alexandriæ*, bonos numerare velles, indeque tituli κραισις, quo a *Luca* exornatur, petere rationem. Ea in re absoni nihil fortasse deprehendes, *Alexandria* tot *Judaeorum* abundante quondam *Synagogis*, ut *Philo* Leg. ad *Cajum* p. 782. sq. docet. Juvabit hanc in rem notasse istiusmodi זקנים seniorum minimum fuisse numerum septuaginta *Alexandriæ*, utpote cum in maxima *Synagoga* totidem in aureis sedilibus sedisse (ut eorum κραισιςν dignitatem agnoscas) legamus in *Gemara Talmudis Hierosolym.* ad *Hechalil.* fol. 55. col. I. Loci, quem indicio *Celeb. Vitringæ* debeo, eum notantis L. I: P. I. cap. 14. p. 256. de *Synag. Vet.* versionem adscribamus, R. *Juda* dicit, quicumque non vidit

DRIAE SEDILIA (in Synagoga maxima) is
 dicendus est nunquam vidisse de vita sua gloriam
 Israelis. Tanto enim splendore ea eminebat,
 ut ex sequenti ejus patet descriptione. *Basili-*
ca fuit magna (h. e. maxima) *atque in ea Dupli-*
cata fuere sedilia, alterum è regione alterius. Hæc
 duplicata sedilia fuisse locum confessus שרים
PRINCIPUM explicant, unde facile varios in
 hac urbe inter Judæos fuisse κρατίστis seu ma-
 gnates agnoscis. Addunt Talmudistæ. *Se-*
ptuaginta vero Cathedrae AUREAE (קתדראות
 של זהב) *ibi fuere collocatae, quibus insiti erant*
LAPIDES PRETIOSI, & MARGARITAE
pro SEPTUAGINTA SENIORIBUS (שבעים
 זקנים) *quarum unaquæque constitit viginti quin-*
que myriadibus denariorum. En hic זקנים seu
 seniores, qui alias שבים boni dicti, summo in
 honore, sellisque conspicuos regiae pompæ
 proximis quo iis κρατίστων titulum dari potuisse,
 haud erit cur mireris. Id si minus commode
 fieri posse censeas, haud dubito tamen quin
 hinc illustrabis optime titulum ἀγαθὸς **BONI**
 quo Christum sospitatorem nostrum quendam
 principum Synagogæ decorasse legimus Matt.
 XIX: 16. 17. Marc. X: 17. 18. Luc. XVIII: 18.
 Διδάσκαλε ΑΓΑΘΕ, ait, τί ἀγαθόν ποιήσω ἵνα ἔχω
 ζωὴν αἰώνιον; *Magister BONE quid boni faciam*
ut vitae aeternae particeps fiam. Respuens hunc
 titulum Christus, respondet τί με λέγεις ΑΓΑ-
 ΘΟΝ; εἰδὼς ΑΓΑΘΟΣ, εἰ μὴ εἶς ὁ θεός. *Quid*
 me

me *BONUM* vocas? nemo *BONUS* est, nisi *Solus DEUS*: Videtur enim captandæ benevolentia causa, cum Christus se præberet doctorem populi, magister ille eundem eo salutasse titulo, qui alias presbyteris pastoribusque Synagogæ proprius erat, ut *בונים* *BONI* vocarentur. Christus autem tacito ictu & viri adulationem, & nominis illius inter *Judaeos* abusum culpans, quis proprio nomine *αγαθός* dignus sit, exhibet indicio, adeoque sibi haud aliter ex vero illud competere, quam si illum Magister verum genuinumque *DEUM* agnosceret. *ὃ τῶντα μὲν*

δὴ ταῦτα.



V.

Nova quædam Historico-Theologico-Literaria.

LUGDUNO BATAVORUM celeberrimus Vir Sigebertus HAVERKAMPIUS ita ad me nuper scribebat. *Ego valde grandem & magnificum laborem, subire cœpi. Josephi opera, prout in Anglia impressa sunt, ad examen revoco, adhibitis præstantissimis hujus Bibliothecae Mss. ut & Cl. Cocceji conjecturis, quibus cunctis Angli caruere. Nec charta, nec characteres (qui*

ZZZ ;

novi

novi jam funduntur) vel hilum Britannicis cedent. Sunt & viri docti, qui symbolam conferent, si & tales in Germania vestra invenientur, accepti nobis erunt. Totus jam in collatione istorum Mss. sum, neque enim operae, nisi post mensium aliquot meditationem incipere possunt, ubi vero inceperit, progressus satis optatos, Deo juvante, facient. Optandum sane foret, ut hic labor feliciori successu gaudeat, quam quidem tot virorum praestantissimorum, qui in illustrando Josepho operam posuere, conatus nacti sunt. Neque dubito, quin non solum e Germania nostra, sed & ex aliis regionibus eruditi viri symbolas suas, imprimis autem, quae passim in scriniis doctorum virorum ad Josephum observationes latent, benevole & promte sint suppeditaturi, quo tandem aliquando accurata totque expetita votis nobilissimi scriptoris editione uti fruique liceat.

TIGURI vir quidam eruditione insignis possidet *Lexicon Concordantiarum Flavianarum Graeco Latinarum*, sive indicem locupletissimum in Josephum, in quo innumera ejus loca emendantur, adductis ex aliis auctoribus, quae ad ejus illustrationem possunt facere, ut & sexcentis delineationibus veterum numismatum. Offeritur hic liber bibliopolis, qui ejus editionis curam suscipere volent. Conficiet circiter modicum in forma majori volumen. Specimen aliquod operis Latinis novis literariis suis inseruit eruditissimus Krausius

sius n. VII. p. 94. Heic celeberrimi viri Joh. Jac. Scheuchzeri commentarius Physico-Mathematicus in *Jobum*, cujus specimen huic Bibliothecae T. II. p. 397. sq. insertum est, mordet carceres. Vir doctissimus Conradus Hottingerus diario suo literario, quod inscripsit *Vetera & nova*, imposuit colophonem. Vir Venerandus Joh. Jacobus Hottingerus, cujus frequens mentio in hac bibliotheca est, ad prelum paratum habet sequens opus, cujus integrum titulum tibi exhibemus, ut faventem Lucinam quantocius experiatur, optantes. ΤΕΤΡΑΣ *dissertationum Biblico-Chronologicarum, qua tum ex indicibus temporis adventi Messiae in Prophetarum scriptis assignati, praecipue ex LXX. hebdomadibus Danielis, tum ex SS. Evangelistarum de JOHANNE Baptista & CHRISTO historia, Jesum & in plenitudine temporis natum, & CHRISTUM esse adversus Judaeos demonstratur, sacri etiam codicis sinceritas passim defenditur. Accedit Appendix triplex 1. De Samaritanis primis, eorumque in Assyriam deportatione, 2. De novis ex Assyria missis Samariae incolis, 3. De XII. Tribuum dispersione. Cum indicibus necessariis; Auctore Joh. Jacobo HOTTINGERO, S. Theologiae in Tigurinorum Athenaeo Professore.*

DANTISCO nuntiatum nuper est diem suum obiisse Virum doctrinâ ac pietate praestantem, scriptisq; aedificationi Christianae inservientibus inclutum, Stephanum WOLTERS. Nunc

breuem vitae ejus ac ingenii monimentorum
 sciagraphiam tibi exhibemus. Natus est Ham-
 burgi VII. Kal. Sextiles a. clolcccLXV. Pa-
 tre *Liberto Wolters* & Matre *Jacoba du Bois*.
 Studiorum tyrocinia in Schola *Bremensi* posuit
 hospitio usus D. *Joh. Hipstedii*, eloquentiæ &
 Historiarum Professoris. Hamburgi An. 1662.
 Philologiæ Sacræ se applicuit Præceptore D.
Efra Ezardi S. S. Theol. Licentiato. Inde An.
 1666. *Lugdunum Batavorum* profectus maxime
 D. *Joh. Coccejo* & D. *Abrahamo Heidano* Viris
 toto orbe celeberrimis formandum se tradi-
 dit; ibidemque iustratis antea cæteris Fœde-
 rati Belgii Academiis An. 1670. in numerum
S. Ministerii Candidatorum receptus est. Eo-
 dem anno *Cantabrigiæ* in Anglia degens lau-
 ream *Doctoratus* a Senatu Academico oblatam
 accepit. In Galliam translatus aliquot men-
 ses *Salmarii*, postea *Genevæ* commoratur,
 tandemque *Basileæ* ab Antistite D. *Luca Gern-
 lero* Ministerio Sacro inauguratus est. Inde
Heidelbergensi Academia iustrata ad suos pri-
 mum *Hamburgum*, dein *Holmiam* Suecorum se
 recepit; qua urbe tandem relicta *Gedanum*
 transiens Ao. 1674. Verbi Divini *Minister Ex-
 traordinarius* & postea 1681. *Ordinarius* ad
Ædem S. Petri & Pauli vocatus est. Uxores tres
 temporis successu duxit primam *Corneliam* cele-
 berrimi Philologi D. *Cornelii Schrevelii*, M.D. &
 Rectoris Scholæ *Leidensis* filiam, e qua duæ ad-
 huc fillæ superstites sunt. Secundam *Barbaram*

Hayniam nobilissimæ profapiae Virginem, quæ unicus filius, sed præmatura morte jam extincti parentem fecit. Tertiam ætate ingravescente sibi sociavit Virginem *Constantiam Kirschiam*. Obiit ipse 15. Aprilis anno hujus seculi 19. Ministerii 45. & ætatis suæ 74. scripta ejus exstant: 1. *Krohne der Gnaden Gottes*. 8. 1684. 2. *Tractätlein von der Andacht Petri Jurieu*, quem e Gallica in Vernaculam linguam transtulit, adjectis aliquot proprii laboris concionibus. 8. 1687. 3. *Hoffarts Greuel und Gericht*. 8. 1693. 4. *Kirchen und Epistel-Postil*. V. Volumina 4to. 1697. &c. 5. *Conciones Funebres in Collegas: D. Adrianum Pauli & D. Michaelem Ernestum Rötherum*. 4to. annis 1685. 1698.

